MUSA CATHOLICA MARONIS, SIUE CATECHISMUS MARONIANO CARMINE...

Gilles : de Bavière

Digitized by Google

6
20-d
62

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
21 D
33

liotheca
oll. Rom.
t. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

MVSA CATHOLICA MARONIS,

SIVE

CATECHISMVS MARONIANO CARMINE EXPRESSVS

à R. P. ÆGIDIO BAVARIO, Societatis IESV, iubileario.

In gratiam Iuuentutis Poëticæ artis ſtudioſæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ANTVERPIÆ
Apud Martinum Nutium, & Fratres.
ANNO M. DC. XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

ET

REVERENDISSIMO

DOMINO

D. IACOBO BOONEN

ARCHIEPISCOPO

MECHLINIENSI.

VENIT ad Illuſtmam D.T. Præſul vigilantiſſime, effœti pectoris neſcio quid, abortiuum dicam, an fœtum, dubito: hoc vnum ſcio, vitam ſi quam habet, mihi non deberi, à quo morti iam deuoto, vitale nihil proficiſci potuit. Sed vt viuat, forſan efficient materiæ dignitas, iuxtà & quem expilaui Vatis auctoritas: nihil enim non æterna dignum memoria, è diuite Maronis vena profluxit. Opus hoc fragmentis eius ſparſim raptis, velut luteum quemdam parie-

Digitized by Google

tem vario marmore incruſtaui. Etiãne, inquies, depontanũ ſenem ad Permeſſi caput, & Parnaſſi culmen adrepſiſſe? Ecquis non iam illud è Varronis Satyrico, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες; In gratiam Iuuentutis Chriſtianæ, iuueneſcere collibuit, & ad nuces, quod aiunt, redire. Nihil arduum reputat Charitas, quæ cùm *non quærat quæ ſua ſunt*, omnem *propter electos* formam induit, & vt paruulos lucrifaciat, quæ ſunt paruuli, præter ætatẽ ſapit. Denique doctrinam Chriſtianam, quam profuſa tua liberalitas, inſigni poſteris exemplo, per ſacra munuſcula, velut melimela quædam, tenerioris ætatis illicium promouet.

(Sic pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.)

Eam ego Poëtæ magni verſibus expreſſam, illuſtratam propono, quamquam Poëtico verborum inuolucro ſubinde tectam. Sed nucleum quærenti, comminuendum putamen, vt vulgatum habet adagium. Non potuit Muſa Maronis

nis Chriſtiana honeſtius nanciſci patrociniũ, potentius ſperare præſidium, quàm ab Agonotheta Chriſtianæ lectionis: nam planè is ipſe eſt, qui in munitis Religionis Catholicæ propugnaculis præcepta ponentem, attenta aure, benigno vultu ſit auditurus. En ecce, Illuſtriſſime Præſul, quale quale animi erga te mei, Societatiſque noſtræ vniuerſæ monimentum. Gandaui, anno 1622.

ILLVSTRISSIMÆ D. T.

ſeruus in Chriſto

ÆGIDIVS BAVARIVS.

Digitized by Google

AD LECTOREM

BENEVOLVM PRÆFATIO.

LECTOR *quiſquis es, ſiſte, in hoc limine pauliſper te moror. Quod hîc damus, ſacrum eſt, de ſpoliis profanorum. Dederunt ipſum antè me multi, ſed à ſe, ſuiſque verbis: ego ſic malui alienis. Phrygium efformamus aulæum, pretioſis & variis aliorum telis, viliora rudis ingenij noſtri fila interteximus, ne diſſutum opus vndique diffluat. Centonem ſi dixeris, non penitus aberrabis; in qua mirari deſine tam noſtra eſſe omnia, quàm ferè nihil. A nobis ſunt inuentio, & rerum ordo; verſus, & hemiſtichia hauſimus è Virgilio pleraque, hoc eſt, ex ipſo fonte ornatæ Poëſeos. Ac ne, quod aiunt, arenam ſine calce afferremus, ſparſas Poëtæ principis ſententias, iam inter ſe commodè vinximus, iam verborum noſtrorum quodam velut cæmento commiſimus. Non poterit homini id ætatis vitio verti, cùm multa dixerit, à ſe pauca locutum eſſe: iam enim eorum in albo ſum, quibus*

——— tarda gelu, ſæcliſque effœta ſenectus
Inuidet auxilium, feræq; ad ſplendida vires;

vt tanto operi decenter elaborando, pares non ſint. Quo factum eſt, vt conquiſita aliunde ornamenta huc tranſtulerim, vt olim fabuloſa Flacci cornicula, pennis

Digitized by Google

nis alienis nuditatem ſuam contexit; in illo tamen huic diſpar, quòd, dum ſingula candidè in auctores ſuos refundo, alieni laboris fructum plagiarius impudens non decerpo. Nemo itaque mihi à tergo occinat illud Epigrammatographi;

Caluo turpius eſt nihil comato.

Suum enim ſingulis corymbion fideliter remitto, contentus elegantiæ Virgilianæ, Chriſtianæ fidei, pietatíſque ſolidæ nectar affudiſſe; vt in ea, velut in artificioſo Mentoris ſcypho, cum literarum ornatu veræ ſuccum religionis inueniat & hauriat Iuuentus ſtudioſa. Quàm nihil ſit hoc præſtitiſſe, poſt intermiſſa nouem luſtris literarum ſtudia, tu diſpice. Quamquam enim ſuaue ſit Pimplæis fontibus vueſcere, tamen vbi iam annorum frequentia, earum, quæ prima inhæſerant iuuentute, rerum obliuionem inuexit, labor hic, vel te iudice,

Plus aloës, quàm mellis habet.

Sed amaritudinem hanc deterſit planè, quem inde ſpero, fructus. Nonne enim magnum videri debet, ſi quæ fidei documenta, ſoluto ſermone, Chriſtiana Iuuentus ſemel imbiberit, velut ſaluti neceſſaria, ea tanti Poëtæ expreſſa verſibus, altiùs inhæreant? Fruere, Lector, & emarcidi iam trunci malum inſititium, explicata fronte deliba.

ÆGIDIO BAVARIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERO MARONEM

conuerſum gratulatur

MAĉte ſenex, cuius nitido de fonte Maronis
Muſa repurgato gurgite ſacra canit.
Maĉte iterum venerande ſenex, quem ſpiritus intus
Maior alit; plenum flamine fatidico.
Tu pandis Latij non vana poëmata Vatis,
Quæq; ignota dedit carmina, tu reſeras.
Tu facis vt ſanĉtos animent hæc flabra calorês,
Et foueat flammam caſta fauilla nouam.
Illa prius molli fluitabat vena ſuſurro,
Solaq; nugaci murmure verba dabat:
Nunc ſapit, atque animo melioribus ebria ſuccis
Stillat diuinum neĉtar & ambroſiam.
Et quamuis ſolitos geſtet mutata cothurnos,
Eſt alia, eſt eadem ſyrmate ſub BAVARO.
Nempe ſalutiferum cultu variata priore
Neſcia prædixit religionis opus.
Dumq; incorrupto mens ſaga potentior œſtro
Eruĉtat ſacris enthea verba modis;
Quas tulit illuſtres ab Apolline Mantua lauros,
Viĉta infert ſpoliis inclyta Roma tuis.

Georgius Chamberlinus Cathedr.
Eccleſ. Gandauenſis Decanus.

Quali-

Digitized by Google

Qualiter innumero depictum ſidere cælum
Pandit formoſas nocte ſilente faces:
Qualis Cecropias exſpirans hortulus auras
Florifera vario meſſis honore nitet:
Qualis Erythræa multus nitet vnio concha,
Qualis ad Eoum plurima gemma mare:
Sic tua grandæua præſtans virtute, BAVARI,
Ducta per Andinos myſtica Muſa modos,
Et quæ pulcra legens, quæ digna atque apta recondens,
Formoſum æterno carmine vinxit opus;
Vt modò tot gemmas, floréſque & ſidera promas,
Quot tibi verſiculos pagina quæque facit.

Poſ. L. M. IVSTVS RIICQVIVS.

De Libro,

Hic duo proueniunt libro portenta ſub vno;
Et Maro Chriſticola, & factus Apollo ſenex.

Ad Auctorem.

Vis me plaudere, vis inuſitato
Verſu dicere res inuſitatas,
Vis vt Theiologus Poëta fiam:
Maius prodigium, Poëta canus;
Sed ter maximum, ab inferis reuerſus,
Et nunc Cælicolûm Maro Poëta.
Nullum hîc prodigium; recanto verſum.
Quid ni, ſi valeat, velitq; Ph[illegible]us
Vernans antea, nunc Apollo canus,
Gentilem priùs, eſſe Chriſtianum,
Hæc res Theiologum petat Poëtam?
Sed cur canus Apollini capillus?
Hoc ætas dedit, vt velit Maronem
Gentilem priùs, eſſe Chriſtianum.

I. D. V. Theologus S. I.

IN VIRGILIVM

OPERA R. P. ÆGIDII BAVARII

AB ELYSIO REDVCEM.

Quæ noua te Maro forma tegit? Samiuſne figuram
Antiquam erudiit depoſuiſſe ſophos?
Aut quis ab Elyſio retro veſtigia luco
Ferre dedit? vacuum quis tibi pandit ebur?
Scilicet haud ſecto tibi porta nitens elephanto,
Sed tutum ad ſuperos cornea monſtrat iter.
Mercurio praeunte nouo hinc euadis ad auras,
Vt poſt Rura, Duces, Paſcua, Sacra canas.

Pollicetur Maro iuuentuti dare Doctrinæ Chriſtianæ bellaria.

Dum meliora Patres dant prima fercula menſa,
Quo victu reuocant vires, & plena reponunt
Pocula non fontis liquidi, ſed vina miniſtrant,
Illiciis mihi fas iuuenum indulgere palato.
Inſtauro hic epulas, & menſa grata ſecunda
Dona fero, cumuloq́; oneratis lancibus aras.

Facul-

Digitized by Google

Facultas R. P. Prouincialis.

CVM Muſam Catholicam Maronianam R. P. ÆGIDII BAVARII, quatuor noſtræ Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, pro poteſtate mihi facta ab Admodum R. P N. Mutio Vitelleſco Societ. noſtræ Præpoſito Generali, concedo Martino Nutio Typographo Antuerpienſi facultatem typis eum mandandi. In cuius rei fidem haſce mea manu ſubſcriptas, ſigilloque officij mei munitas dedi, Antuerpiæ 15. Octobris, anno 1621.

Antonius Sucquet.

Digitized by Google

Corporis atque animi vires renouante, ſerena
Mente, Deo, eſt aquilæ parta iuuenta ſeni.
Audeat hac fretus, iuuenum concurrere Muſis,
Septima cui Phœbi voluitur orbe decas.
Sic tamen vt vegeta, viridi, florente ſenecta,
Perſonet Andinos nil niſi vena modos.
Vrgent iuſſa Dei, & ſacra Virginis ora parentis,
Quæ viſa eſt tales edere voce ſonos:
Æneamne ſuum legat hoc in carmine Cypris,
Et meus in verſu ſimpliciore fluat?
Ite modò, & veſtrum, Muſæ, reuocate Maronem,
Vt meus hoc ipſo filius ore ſonet.
Dixit; & Elyſiis rurſum Maro ſurgit ab oris,
Et canit ad iuſſus, maxima Virgo, tuos.

Præfatiuncula auctoris iubilearij annorum 70.

Mors matura ſeni veluti nox humida cælo
Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſidera ſomnos:
Tres tamen ipſe velim luces mihi vita ſuperſit;
Quin mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
In patriam vt rediens, fido comitatus Achate, †
Aonio mecum deducam vertice Muſam,
Quæ quondam eximias retulit tibi Mantua palmas, *
Propter aquam tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas:
Huius enim tacitum pertentant gaudia pectus,
Quod modò non inuiſa magis Cæleſtibus, auras
Vitales carpat. vitæ nam fluminis vnda
Luſtratur, ſupplex diuinum Numen adorans,
Votorumq; memor iam aris imponit honorem:

† Id eſt, Angelo cuſtode.

* Deſcriptio Muſæ Maronis.


Quin memorare parat (cùm non ſit gratior vlla,
Quàm ſibi quæ fidei præſcribit pagina nomen)
Quæ fidei blandos fundent cunabula flores
Chriſtiadum genti. Plauſu ſtudiiſq; fauentum
Conſonat omne nemus, vocemq; incluſa volutant
Littora, pulſati colles clamore reſultant.
Spargite humum foliis, inducite frõdibus herbas,
O Vates; mandant fieri ſibi talia Muſæ.
Tu verò Latij pubes hanc aſpice partem,
Ceu quædam aërij mellis cæleſtia dona:
Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum;
Poſthabuiſſe nefas tamen eſſet ſeria ludo.
In grauibus labor, at tenuis non gloria, ſi quem
Numina læua ſinunt, auditq; vocatus Ieſus.
En fidei reſponſa dabit tibi Muſa Maronis,
Ipſius hîc tibi fas audire, & reddere voces;
Eſte animis faciles, intentiq; ora tenete.

Muſa Maronis hîc animi ſui propoſitum ob oculos ponit.

Illa ego, quæ quondam gracili modulabar auena
Carmen, & egrediens ſiluis vicina coëgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratũ opus agricolis. Poſt hæc horrentia Martis
Arma, virumq; dedi, Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus, Lauinia venit
Littora: multum ille & terris iactatus, & alto.
Aſt ex quo Chriſti leges his auribus hauſi,
Vulnera dira, neces, atque horrida dicere mitto
Bella, acies, actoſq; animis in funera Reges,
Tyrrhenamq; manum, totamq; ſub arma coactam
Heſperiam: rerum maior mihi naſcitur ordo,
Maius opus moueo, fidei cunabula noſtra.

Implorat opem B. Virginis Deique matris.

Virgo, namque tibi diuûm Pater, atque hominum Rex,
Et mulcere dedit ventos, & tollere fluctus,
Decute vim ponto, merſamq́; haud obrue puppim,
Sed me, quæſo, moue, ſummum decus addita Diuis,
Da facilẽ curſum, atque audacibus annue cœptis,
Cantantiq́; fauens adſis pede Diua ſecundo.



CA-

MVSA CATHOLICA MARONIS, SIVE CATECHISMVS MARONIANO CARMINE EXPRESSVS.

BIBLIOTECA NAZ.

CAPVT I.

De fide & fidei Symbolo.

Quis dicendus Chriſtianus atque Catholicus? **DVCTOR.**

MVSA.

QVI ſpumante ſalo, ceu ſalſa *a* aſpergine cautes
Vitalis ſacro perfunditur æquoris æſtu,
Æternæque Dei ſobolis (quam Regia virgo
Felici partu ſub luminis edidit auras)
Iura fidemque tenet, ritum moremque ſacrorum
Romani Patris, ſtatio eſt vbi fida carinis;
Exquiritque auditque virûm monumenta priorum;
Cæleſtem quærens patriam, vt genus æthere ſumit,
Patre Deo monſtrante viam, data fata ſecutus,
Ipſe ignotus, egens, mundi deſerta peragrans,
Abnuit ora ſono diſcordia matris ab ore,
Quæque ſacris adytis ſummi auertere Latini. *b*
Limes enim hi poſiti, quo lis diſcernitur aruis.

a *In baptiſmo homo Chriſtianus aqua ſale condita aſpergitur, vt meminerit ſe rupis inſtar, feri maris huius mundi procellis omnibus exponi.*

b *Latini hic dicuntur Summi Pontifices; quorum eſt fidei controuerſias dirimere.*

De

De ſigno hominis Chriſtiani.

DVCTOR. Chriſticolæ quæ ſigna ferunt? quæ teſſera belli eſt?
Scis morem Auſonij antiquum. tibi nota vetuſtas:
Dic vbi certa ſedet patribus ſententia pugnæ,
Nonne Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis, reſerat ſtridentia limina Conſul?
Aut opus, vt Regina polo delapſa morantes
Ipſa manu impellat portas,& cardine verſo
Belli ferratos rumpat vis cælica poſtes?

MVSA. Chriſticolæ, vt didici, non hoc it teſſera bello,
Tergeminum ſed voce Deum, tria Numinis ora
Dulce ſonat, ſignoque crucis ſe in prælia mittit:
Arboris auricomæ hoc ſignum ferale Magiſtri,
Relligione ſacrum, & ſæui formidine Martis;
Chriſtigenæ genti vſque fuit, quod dextera fronti
Imprimit effingens, quam crebrior atterit vſus,
Hocce vocat pugnas, ſequitur tum cetera pubes,
Æreaque aſſenſu conſpirant cornua rauco,
Ardet inexcita Auſonia, atque immobilis antè.

Tertullian. de corona militis.

DVCTOR. *Ad quid confert ſignum S. Crucis?*

MVSA. Si non antè datur telluris opaca ſubire,
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus,
(Nos veluti quondam vani docuere Poëtæ)
Æquius, vt valeas cæli conuexa tueri,
Dirigere in lucos, vbi pinguem diues opacat
Ramus humum crucis, vt ſic iam fulgentibus armis
Sis velut inſtructus, teloque accinctus in hoſtem:
Nam crucis auſpiciis ſunt nobis fortia bello
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus.

De ſumma rei Catechiſtica.

DVCTOR. Dic quibus inſtitui debet puerilibus annis,
Flos Latij pubes, animæ quam cura remordet?

Diſtributio operis in ſex capita.

MVSA. Huc geminas nunc flecte acies, atque auribus hauri,
Qualia ſint nuper viridi quæ cortice fagi,

(Sil-

(Silueſtrem tenui meditatus arundine Muſam)
Carmina deſcripſit celeberrimus arte Poëta;
Sunt ea quæ paucis hîc pagina noſtra recludet:
Cana fides, ſpes certa poli, cui Numinis ardor
Iungitur, atque animæ ſeptena arcana ſalutis,
a Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
His ſtudiis ritè inſtitui ſtet corde voluntas,
Seu necdum octauus cùm iam te ceperit annus,
Seu cùm prima genas tibi veſtit flore iuuenta,
Siue vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

a *Hic duplex inſinuatur officium Iuſtitiæ Chriſtianæ.*

Quid eſt fides?

DVCTOR.

MVSA.

Cana fides, donum eſt, lumenque inſigne paternum,
Quod populum antiqua ſub relligione tuetur,
Stella facem ducens, multa quæ luce cucurrit,
Monſtratum veniens lapſis oracula rebus,
Certaque venturis; de cælo miſſa per vmbras. *a*
Hoc multò lucis qui circumfuſus amictu eſt,
Non preſſo titubata ſolo veſtigia figit,
At ſtabili immotaque fide, ſacra dona ſecutus,
Condita mente tenet fidei magis abdita noſtræ,
Quæque ſacris adytis primi docuere parentes,
Seu foliis ea ſint leuibus mandata papyri, *b*
(Quæ turbata volant rapidis ludibria ventis)
Seu Patrum manibus tranſmiſſa nepotibus olim,
Relligione graui multos ſeruata per annos.
Sic quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos, *c*
Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram.
Nouerit hæc veterum voluens monimenta virorum.

a *Per vmbras. quia fides ſuapte natura obſcuritatem includit.*

b *Catholica fides, non tantùm Scriptura ſacra, verùm etiam ſynceris maiorum noſtrorum traditionibus nititur.*

c *Traditiones Patrum, ſero vſu ſuo, aſſimilantur arbori, quæ ſeminibus iactis, ſe tandem in altum ſuſtulit, factura ſeris nepotibus vmbram.*

Breuis

MVSA AD SVOS

Breuis exhortatio ad homines ambiguæ fidei, atque adeò à Catholica Religione deuios.

Ipſa fides, omnem, quæ nunc obducta tuenti [a]
Mortales hebetat viſus tibi, & humida circùm
Caligat, nubem eripiet, ſolémque reducet.
Ergo ſollicitus monſtris, oracula Fauni
Deſine fatidici Vatis, lucoſque ſub alta
Conſulere Albunea, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat, ſæuamque exhalat opaca Mephitim.
In dubio hîc reſponſa pete; huc quoq; dona ſacerdos
Conferat, & cæſarum ouium, ſub nocte ſilenti,
Pellibus incumbat ſtratis, ſomnoſque repoſcat,
Audiat æthereum vt vocem, diuûmque fruatur
Colloquio, & certis poſſit cognoſcere ſignis,
Incertus quò fata ferant, vbi ſiſtere detur.

a Docemur hîc, dum in dubio eſt animus, vt in fide Catholica roboremur, non eſſe vllo modo ad vanas ſuperſtitiones recurrendum, ſed crebra frequentiq; oratione, variaq; corporis maceratione ad Chriſtum Dominum ſeriò confugiendum, offerendo ei ſacrificium Agni immaculati, & cæſarum ouium, ſanctorum Martyrum: geſtando cilicium, in pellibus caprinis, in melotis noctes ducendo inſomnes, vt poſſimus à Deo viſitari, eiuſq; diuino lumine illuſtrari.

DVCTOR. *Recita modò duodecim articulos fidei.*

MVSA. Hæc mihi certa fides, dubiiſque abſiſto moueri.

Articulus primus Symboli*, CREDO IN DEVM PATREM, *&c.

Omnipotens genitor, rerum cui ſumma poteſtas,
Principio cælum, terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunę, Titaniaque aſtra
Condidit è nihilo, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet:
Inde hominum pecudumq; genus, vitæque volantũ,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.

Artic.

Artic. 2. De Filio Dei, quatenus eſt Deus.

Nata Deo ſoboles, quæ res hominumque Deûmque *MVSA.*
Æternis regit imperiis, & fulmine terret,
Vna Patris ſummi, ſua magna potentia, vires:
Æqua Deo virtus, par vis congreſſa Tonanti.
Attulit hoc nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumque Dei: cùm fæmina primùm,
Virginis os habitumque gerens, mirabile dictu,
Nec generis noſtri puerum, nec ſanguinis edit.
Nam ſic terrifico cecinerunt omine Vates,
Aduentare virum populis terriſque ſuperbum,
Semine ab æthereo, qui viribus occupet orbem,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

Artic. 3. De incarnatione & natiuitate Chriſti Domini.

Iamque aderat promiſſa dies, quo tempore primùm
Extulit os ſacrum diuinæ ſtirpis origo,
Miſſa ſub imperio, venitque è corpore virtus
Miſta Deo, ſubiit cari genitoris imago.
Vnde Sibyllinis Vates ſic teſtibus infit:
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Regia progenies cælo demittitur alto,
Numinis æterni ſoboles, qua ferrea primùm
Deſijt, ac toto ſurget gens aurea mundo:
Caſta faue Lucina, meus iam regnat Ieſus.
Cùm tibi nulla decem tulerant faſtidia menſes,
O Maria, hac pulchra fecit te prole parentem
Ipſe Deus: ſanctæ fæcundis imbribus auræ,
Virginis in gremium lætæ deſcendit, & altos
Magnus alit ſancto commiſtus corpore fœtus.

Muſa profitetur B. Virginis integritatem.

Interea os, humeroſque Deo ſimilanda parenti,
Intemerata manes virgo: ſed & ipſa decoram

Cæſariem tibi dat ſoboles, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Ipſa tibi blandos fundunt cunabula flores,
Occidit & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidit, Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.
Talia ſæcla ſuis, dixerunt, currite fuſis,
Concordes, ſtabili fatorum Numine, Parcæ.

Artic. 4. PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS ET SEPVLTVS.

Triginta magnos reuolutis menſibus orbes,
Septum ſe tenuit tectis Iubar ætheris alti;
Regia progenies tam diu ſubmiſſa parenti
Subdere colla iugo, totique inglorius orbi
Viuere delegit ſummi Regnator olympi:
Imperiis donec tandem cæleſtibus actus
Prodiit in medium, vt quo non præſtantior alter
Ore ciere viros, menteſque accendere verbo,
Saucia Pæoniis curaret pectora verbis,
Vipereo vt generi grauiter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos, cantuque manuque valebat,
Mulceretque iras, & morſus ore leuaret.
Sed non inuidiæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit, neque eos iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ:
Interiere odiis Solymorum ingrata propago;
In medicum variis acuunt rumoribus iras:
Quem genere informis lethi trabe nectier alta
Sollicitant, eheu terebratus brachia, plantas,
Quin ſpinoſa etiam redimitus tempora vitta
Hoſtia cæſa cadit, celebrans noua ſacra ſacerdos,
Incultuſque rubens. ita ſentibus vua pependit,
Et duræ quercus ſudarunt roſcida mella.
Hac nece, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Interea, exanimum ac traiectum pectora corpus,
Non tulit alma Parens tumuli ſine honore relinqui.
Largitur Præſes quidquid ſolamen humandi eſt.

Pars

Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpuſque lauant frigentis, & vngunt:
Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtes velamina nota
Coniiciunt. pars ingenti ſubiere feretro
Triſte miniſterium: quin hìc congeſta petuntùr
Thura Sabæa Deo, velatur denique funus;
Mox petra exciſa, vili haud tellure repoſtum,
Conditur à ſanctis, quibus eſt fragrantia cordi,
Balſama odorato ſudantia iungere ligno.

Artic. 5. DESCENDIT AD INFEROS.

Vicit iter durum pietas, inamœnaque viuis
Regna ſequi, imperioque æratas rumpere portas
Impulit, obſcuro voluit cùm carceris antro,
Cocytique lacu Sanctorum educere Manes.
Quantus amor noſtri, ô animarum quanta cupido!
Mox ſpecus, & Limbi detecta apparuit ingens
Regia, & vmbroſæ penitus patuere cauernæ;
Non ſecùs, ac ſi qua prorſus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, & regna recludat
Pallida, diis inuiſa, ſuperque immane barathrum
Cernatur, trepidentque immiſſo lumine Manes,

TERTIA DIE RESVRREXIT A MORTVIS.

Tertia vix croceos Aurora reuexerat ortus,
Quando pedem referens, ſuperas remeauit ad auras:
Tunc ſubitò ante oculos ingenti mole ſepulchrum,
Corpus vbi exanimum poſitum, nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent, auulſaque ſaxis
Saxa vident, laxis laterum compagibus arctis:
Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus,
Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.

Artic. 6. ASCENDIT AD CÆLOS.

Luce quater dena, ſpirantes dimouet vmbras
Aëra per tenerum, cęloque inuectus aperto,
Mortales viſus medio in ſermone reliquit,

Infert

Infert ſe ſeptum nebula (mirabile dictu)
Atque illum ſolio ſtellantis gloria cæli
Accipit, æternumque tenet per ſæcula nomen.

Artic. 7. INDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS.

Ac tandem veniet luſtris labentibus ætas,
Plena apparebit cum maieſtate Tonantis,
Alto ſubnixus ſolio, ac fulgentibus armis
Aligerûm ſeptus, Iudex vt iura reſoluat,
Cuique ſua vt tulerit virtus ac vita, daturus;
Tros, Tyriuſque illi nullo diſcrimine agetur.

Artic. 8. CREDO IN SPIRITVM SANCTVM.

Ceu Pater omnipotens, Sobole ſq; æquæua parenti,
Res hominum atque Deûm, ac totum quem condi-
dit orbem,
Æternis regit imperiis, latè omnia circùm,
Extra anni ſoliſque vias, vbi cælifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum;
Haud ſecùs emiſſum terris ſpirabile Numen,
Æterno Patri non vllis paſſibus impar,
Protulit imperium, cunctique vt numen adorant,
Ipſius & variis onerant altaria donis,
Hunc ergo paribus Genitori laudibus æquem.
Vnum credo Deum, ſimul ac tria Numinis ora:
Eſt Pater omnipotens, cui ſumma potentia rerum:
Se lateri agglomerat Genitoris Regia proles,
Eſtque ab vtroque ſuum mananti à Numine, Numē,
Cui iubar, atque decus, ſplendor, par culmē honoris.

Artic. 9. ECCLESIAM CATHOLICAM.

Quantum Roma alias inter caput extulit vrbes,
Quantum & lenta ſolent inter viburna cupreſſi,
Tantum forma gregis ſacri, cui Eccleſia nomen,
Præ reliquis hominum caulis caput exerit orbi,
Imperium Oceano, famam quæ prorogat aſtris.
Suſpicit hanc, ſi quem tellus extrema refuſo

Sub-

Submouet Oceano,& ſi quos extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui,
Hic vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Aut,vbi ſera rubens accendit lumina Veſper,
Quaque tibi ad Scythicas ſurgit ſol aureus arces,
Quaque idem premitur Libyæ deuexus in oras.
Hæc regit imperio populos,matreſque,viroſque,
Iam pridem reſides animos,diſſuetaque corda,
Ignaroſque viæ Genitrix miſeratur inerteis,
Omnia ſub Chriſto vertique regique repoſcens.

Sanctorvm commvnionem.

O fortunati nimium ſua ſi bona norint
a Romani, rerum domini,genteſque togatæ,
Antiqui Auſonij, quibus & Deus omnibus vnam
Eſſe dedit Superis vrbem, terraque profectis,
Communique viris portam ſtatione tenere;
Communemque vocare Deum dare vina volentẽ! b
Queis fas miſceri populos,ac fœdera iungi,
Inter Cælicolas, & nos,qui veſcimur aura
Ætheria,atque inter iam nunc tellure repoſtos,
Quos vmbras, tenueiſque vocant ſine corpore vitas.
Quo res cumque cadent,vnum & commune periclũ,
Vna ſalus populis ſociali hoc fœdere iunctis.
Ipſe inter primos,præſtanti corpore Chriſtus,
Vertitur arma tenens, & toto corpore ſupra eſt;
Aligerûm inſequitur nimbus,clypeataque totis
Agmina denſantur campis:ſtat luce coruſca
Stricta acies ferri,votorum denique telis,
Vndique concurri certum eſt,terraque,poloque,
Auſoniæ fidei auxilio, gentique Latinæ.
At ſua non deſunt vitali lumine caſſis
Subſidia : inferias præter,quas deſtinat Vmbris
Gens pia Chriſtiadum, ſunt & ſacra verba precantũ,
Funereiue preces ritus,data munera egenis;
Cruda flagella,fames,ieiunia dura caducis,
Suppliciique genus varium,ac ſine nomine pœnæ,
Queis dum ſubſidunt animis cæleſtibus iræ,
Mox pice torrenteis atraque voragine ripas

Mani-

Digitized by Google

Manibus euacuant, animaſque Acherontide flamma,
Diriſque eripiunt pœnis, cæloque locari
Indulget ſummi pietas ſuprema Parentis.
Ergo age, parce metu, pia gens, mœſtumq; timorē
Mittito, quam ſæuus primùm circumſtetit horror;
Vrbs erit orba metu, cùm venerit orbis in vrbem. c

a *Romani optimo iure dicuntur rerum Domini, quia penes ipſam Eccleſiam Romanam & Apoſtolicam ſunt omnes theſauri ſpirituales religionis Chriſtianæ.*

b *Christus Dominus dare nobis voluit vinum in Miſſæ ſacrificio, quod virgines germinat.*

c *Vrbs iſta, quæ eſt Dei Eccleſia, erit prorſus orba metu, vbi omnes electi in vnam cæleſtem Ieruſalem collecti feliciter conuenerint.*

Artic. 10. REMISSIONEM PECCATORVM.

Credo iuſſa dari, ferro & compagibus arctis,
Cocyti portas claudendi, labe remiſſa,
Vi Superum, Petro collata claue miniſtra.
Improbitas Erebi ceſſet, furor impius intus,
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremat horridus ore cruento.

Artic. 11. CARNIS RESVRRECTIONEM.

Horriſono quondam tellus concuſſa tremore,
Cum gemitu ſonuit, raptis excita ſepulchris
Emiſit ſimulachra. At paucis hæc data rerum
Conditio, paucis remeare ad lumina vitæ
Conceſſum. Sed tempus erit, cùm cælica rauco
Mugitu quatiet mundum tuba, cumque repentè
Corpora per terras omnes latè omnia ſurgent,
Hæc ipſa in veterem cernes reuoluta figuram.
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terraſque, tractuſque maris, cælumque profundum,
Aſpice venturo lætentur vt omnia ſæclo.

Artic. 12. VITAM ÆTERNAM. AMEN.

Aſpera tunc poſitis miteſcent ſæcula bellis,

Nec

Digitized by Google

Nec tuba terribilem ſonitum dabit ære ſonoro
Amplius, æternæ at reddentur præmia vitæ,
Alta vbi pax, vbi ſumma quies, vbi gaudia cæli,
Imperium ſine fine dabit Regnator Olympi,
Haudque ſuis metas rerum, nec tempora ponet.

Quid eſt Eccleſia? DVCTOR.

MVSA.

Chriſticolæ gentis (fidei quæ fœdere iuncta,
Imperiis agitur diuûm, magnumque per orbem
Diuiditur vaſtis terrarum tractibus) amplum
Deſignat cœtum, qui Chriſti Numen adorat:
De quo olim Vates ſcripſerunt, hanc fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſæcula gentem.

Quis eſt ſummus Eccleſiæ Dei Paſtor? DVCTOR.

MVSA.

Huic datur egregius diuino munere Paſtor,
Summus qui terris moriendo reſtituit rem,
Spes gregis ætherei, ſuperas quibus annuit arces:
Ipſius officij eſt, pacique imponere morem,
Parcere ſubiectis, ac debellare ſuperbos.
Iure erit ille mihi ſemper Deus illius aram
Sæpè tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Felix ô nimiùm grex, hoc paſcente Magiſtro.

Summus abſolutè Paſtor Eccleſiæ, eſt ipſemet Chriſtus Dominus.

An non habet Chriſtus ſuum in terris vicarium? DVCTOR.

MVSA.

Felices etiam quos paſcit primus ab ipſo,
Cuique ſuas ceſſiſſe vices Deus intonat ore.
Tu regere huncce gregem Paſtor Romane memẽto,
Saltibus in vacuis paſcendo, & plena ſecundùm
Flumina: muſcus vbi & viridiſſima gramine ripa,
Speluncæque tegant, & ſaxea procubet vmbra.
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vnà
Veloces Spartæ catulos acremque moloſſum
Paſce ſero pingui: nunquam cuſtodibus illis,
Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Iuſſibus, imperiiſque Dei parere neceſſe eſt:
Paſcere oues agnoſque ſuos, tua maxima cura,
Sit tuus iſte labor, Domini eſt hæc certa voluntas,

 Impe-

Imperio lætus pare, atque immota manebunt
Quæ firmata tenet fidei molimina veſtræ.

† *Saltibus in vacuis ieiunij & abſtinentiæ, inueniunt oues Chriſti pinguia paſcua: iiſdem ſunt plena flumina aquæ ſalientis in vitam æternam, de fontibus Saluatoris. Hic muſcum intelligo alterius generis, quàm ſit is qui vel è terra, vel ab animantibus producitur, ſed in odorem ſuauitatis, à fama boni nominis procedit. Viridiſſima gramine ripa, eſt repagulum caſtitatis. Speluncæq́ tegant Monachos & Anachoretas, ſub vmbra alarum Chriſti Domini, quæ ob defenſionis robur, ſaxea dici poteſt. Per canes, & Spartæ catulos acremq́ moloſſum concionatores intellige, quos ſero pingui ſacræ doctrinæ, à Sede Apoſtolica conuenit imbui, vt alios doceant, quæ proſint ad ſalutem.*

DVCTOR. *Sufficitne huic gregi bonos præeſſe Paſtores?*

MVSA. Non ſat erit cautum pecori, pecoriſque magiſtro,
Ni ſomnum excutiens, ſtatuat vigilare Dei gens:
Præcipites vigilate viri, latet anguis in herba;
Stet vigilare animo, certa hæc ſententia diuis.
Nec leuiter læſit, quos hæc vigilantia fugit.
Surge, age, ſit via vi, labor improbus omnia vincit:
Bella moue, mediaſque lupis opponere turmas,
Ne caſtris ouium iungant, ſit proxima cura.
Nam veluti pleno lupus inſidiatur ouili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpeſſus, & imbres,
Nocte ſuper media: tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille aſper & improbus ira,
Sæuit in abſentes; collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.
Haud aliter furiis Erebi cernentibus huius
Limina clauſa gregis, Paſtori & ouilia curæ,
Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet,
Qua tentent ratione aditus, & quà via clauſos
Excutiant agnos ſtabulo, effundantque per agros.

Qui

Qui ſunt prorſus ab Eccleſia alieni? DVCTOR.

Ignauum fucos pecus vt præſepibus arcent MVSA.
Strenuæ apes, dulci cùm replent nectare mella,
Sic arcenda mihi procul eſt ab ouilibus agni,
Perfida gens Solymæ, Gentilis, naufraga turba
Deſertæ fidei, cui prorſus lumen ademptum;
Hæretica inde lue infecti, qui noſtra videntur
Caſtra ſequi, magno dum ſeſe nomine iactent:
Interea cæcæ mentis latet error inundans,
Vulnera alunt venis, quæ non ſine Marte recludunt,
At citiùs mallent crudeli occumbere fato,
Quàm falſam reuocare fidem, ſeu monſtra profanæ
Perfidiæ monitu, faſtuſque domare ſuperbos
Sunt qui ſe penitus reſcindunt corpore ab ipſo,
Ceu coniurati cælum reſcindere fratres,
Aggreſſique Iouem ſuperis detrudere regnis,
Dum voluere truces gregis exturbare Magiſtrum
Sede ſua; ſtabulis ſic exceſſere volentes,
Semoti à reliquis, communi pace repulſa.
Se lateri iſtorũ agglomerãt fera turba nefandûm,
Quos grauis impietas, ſceleratæ conſcia noxæ,
Ceu quidam aſſurgens fluctu nimboſus Orion,
In vada cæca tulit, penituſque procacibus Auſtris,
Perque vndas, ſuperante ſalo, perque inuia ſaxa,
Diſpulit in Scyllam cenſuræ vltricis iniqui.
Hinc procul à caulis abrepti & ouilibus almi
Paſtoris, Superos nequicquam in vota vocare,
Diuinæque rei ſolitis altaribus vti,
Ac de more ſuo, menſis accumbere diuûm
Sollicitant, fruſtra meritis gaudere piorum,
Quæ periere ſibi, & communia verba precantum.
Hiſce etenim excluſi ſpoliantur legibus æquis:
Talis ab Excelſo eſt homini conceſſa facultas.

Oratio ad Deum, ad tantam peſtem ex hominum animis auertendam.

Omnipotens Genitor, cæli cui ſidera parent, MVSA.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,

Digitized by Google

Pro Latio obteſtor pro Maieſtate Tonantis,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Hæreticos fieriue ſinas, ſciſſoſue vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes:
Sit Latium, ſint Albani per ſæcula Reges,
Sit Romana potens, Chriſti virtute, propago,
Si gens nulla tuos æquè celebrauit honores.
Occidat occideritque dato, cum Schiſmate, Secta,
Ne mala vicinæ pecudis contagia lædant,
Limoſoque palus ne obducat paſcua iunco,
Namque inſueta graues tentarent pabula fœtus.
Subſidant peſtes, morem, rituſque ſacrorum
Adiiciens, faciaſque omnes vno ore Latinos.
Alme Parens rerum, precibus ſi flecteris vllis,
Aſpice nos, hoc tantum: & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium, Pater, atque hæc omnia firma.

DVCTOR. *Qua ratione hæretici à Catholicis diſcernuntur?*

MVSA. Mutarant clypeos, Danaûmque inſignia Teucri
Iam ſibi adaptarant, ruerent cùm mænia Troiæ;
At ſubitò ecce dolos Danai, mentitaque tela
Agnoſcunt, atque ora ſono diſcordia ſignant.
Sic lupus exuuias mutatus & ora, bidentis
Lanigero indutus ſi vellere, more ferino,
Compleat horrificis vlulatibus omnia circum.
Nequidquam innocua lana mentitur amorem.
Balantumque gregem, quem diſcors aſperat ira.

Hæreticus homo facilè ipſo ſermone à Catholico diſcernitur.

Chriſtiadum gentij eſt, fidei ſeu prolis auitæ,
Pontifici ſummo ſummos indicere honores,
(Ipſius vt fidei eſt dubiis ſuccurrere rebus)
Res ſimul ambiguas patrio ſic ore reſolui,
Vt ſit certa fides: diuina mente coiſſe,
Concordes ſtabili fatorum numine Patres,
Haud ſacræ ignaros legis, queis entheus ardor
Iuit, & ire dedit ſublimi ad ſidera vultu.
Laudis honore ferunt meruiſſe ad ſidera tolli,
Relligione ſacram Romano nomine ſedem,
Quam Deus eximiis diuinæ dotibus auræ

Dita-

Ditauit, iamque inde ſuo protexit ab ortu:
Pondus habere volunt quidquid docet illa tenendũ,
Nixa Deo, vt ſtabili ſolidoque adamante, columna;
Quam vis nulla virûm, non ipſæ exſcindere bello
Tartareæ valeant turmæ, non mille phalanges.
Quæ maneant hos fata precor, ne quære doceri,
Quæque reos mergat mors olim, ardente ſepulcro,
Teſte Deo, tanti qui fallunt vota parentis.
Non tibi ſit Vates certiſſima nuncia veri,
Cui Deus ipſe ſuos voluit committere ſenſus?
Deſine, ſtulte Deum flecti ſperare precando,
Patris vt ipſe Dei valeas complexibus vti,
Fatidica hac Vate auerſus, cui immota manebunt
Fata ſibi à ſponſo, cuius promiſſa reuelli
Haudquaquam poterunt. Quæ te ſententia vertit,
Dum te tanta piæ ceperunt tædia matris?
Hic pietatis honos? Sic vis in ſceptra reponi?
Falleris, ô inuiſa Deo gens, neſcia veri.
Sed tibi digna tuis referentur præmia factis,
Ni tibi cor durum, ceu mollis cera liqueſcat;
Hunc etenim hunc ipſum vitæ mortalis honorem,
Quem tibi vix frugum & pecudum cuſtodia ſolers
Omnia tentanti extuderat, cum matre relinques,
Nec tibi mitis erit Pater, aſt iniuſta nouerca.
Quare age conſiliũ in melius, mihi crede, retorquẽs,
En iam dicta facit, ponuntque ferocia ponti
Corda volente Deo, ac tellus Hollanda quietum
Accipit in Latios animum, mentemque benignam,
Conſilium in melius referens, demumque fouebit
Romanos rerum Dominos, gentemque togatam.

Soline ouili ouium Eccleſia Dei aſſimilatur? DVCTOR.
Aſſimilatur etiam agro fertili.

Diuitis inſtar agri eſt, quem nunquam Numine læſo MVSA.
Flaua Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo;
Lætus ager, nullo tantum ſe Mœſia cultu
Iactat, quæque ſuas mirantur Gargara meſſes.
Ac veluti raſtris glebas qui frangit inerteis,
Vimineaſque trahit crates, iuuat arua coloni,

Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis:
Sic Deus huncce ſuum campum † telluris opimæ,
Dum patitur * raſtris gladiorum, atriſq; Tyrannûm,
Exerceri odiis, violento ac funere tolli,
Splendidiore ornat cultu. Miramur ariſtas
Multiplici grauidas fœtu: quas æquora meſſes
Vberiore ſinu, quanto cum fænore reddunt?

† *Id eſt Eccleſia.*

* *Niſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſin autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.*

CAPVT II.

De Spe Chriſtiana, quæ eſt anchora ſalutis.

DVCTOR. *Quid eſt Spes?*

MVSA.

Eſt virtus placido qua ſic Deus inſonat ore
Mentibus æthereis, quibus eſt fiducia regni
Cælitus infuſa, atque animæ ſpes certa ſalutis:
O ſocij (neque enim ignari ſumus antè malorum)
O paſſi grauiora: dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonanteis
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos, mœſtumque timorem
Mittite; forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in patriam, ſedes vbi fata quietas
Oſtentant, illic fas ſceptra reſumere regni:
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis,
Quò patriæ hæc vnco vos alliget anchora morſu.
Inſtate ardentes * operi pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa:
Pars aptare locum tecto, & concludere ſulco.

Qualis

Qualis apes, æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.
Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

* *Quo ſtudio & induſtria debeamus in hac vita, reſtaurare muros cæleſtis Ieruſalem.*

Vnde modum orandi, ac ſperandi diſcimus vſum? *DVCTOR.*

Ex oratione Dominica, quæ in 7. petitiones diuiditur.

Hic modus orandi qui ſit, priùs ordine dicam. *MVSA.*

1. *Petitio* *PATER NOSTER QVI ES IN CÆLIS: SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Alme Parens rerum, qui cælum numine comples,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque tuorum
Cuncta per ora virûm reboënt latè oppida circum,
Auia ceu reſonant auibus virgulta canoris:
Plurima templa tibi ſurgant, tibi mille Sabæo
Thure aræ caleant, ſertiſque recentibus halent.

2. *Petitio.* ADVENIAT REGNVM TVVM.

Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
Amiſſi imperij reduces in ſceptra repone.

3. *Petitio.* FIAT VOLVNTAS TVA, &c.

Non ſecùs atque polo in terris tua certa voluntas
Stet fatis immota ſuis, cumulanda triumphis.

4. *Petitio.* PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

Nulla ſuos nobis Aurora huc proferat ortus,
Grata laboratæ Cereris quin dona miniſtret.

5. *Petitio.* ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, *&c.*

Non me nullius exercent Numinis iræ,
Magna lues commiſſa: mihi precor arcta leuari
Vincla iube, immanes diſſolui flamine noxas,
Ceu læſi à ſociis, veniæ laxamus habenas.

6. *Petitio.* ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

Vis inimica ruit crudelior ingruit hoſtis,
Cui ſtudio eſt merſos Stygiis inuoluere flammis;
Effice ne raptos immanibus applicet oris.

7. *Petitio.* SED LIBERA NOS A MALO.

Præſidij at patulo coopertos tegmine veſtri,
Protege luctantes vitæ tot caſibus actos. Amen.

DVCTOR. *Recita ſalutationem Angelicam:*

AVE MARIA, GRATIA PLENA.

MVSA. O quam te memorem Maria? ô Ieſſeia proles?
Virgo plena Dei frugum viuacis oliuæ?
Sis felix, paſſimque tui celebrentur honores.

DOMINVS TECVM.

Conditor æternus, cæli cui ſidera parent,
Ceu proles habitat tecum; te pectore in iſto
Occurrit infami commune refellere crimen
Dum letho [illegible]atu t(manet alta hoc mente repoſtum)
Nam tecum tuus hæc pepigit tibi fœdera natus.

BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

Hinc merito ante aliás tu terque quaterque beata,
Clara nites partu: tibi nulla æquanda parentum,
Magna Dei Genitrix Quæ te tam læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?
Sunt tenebræ (Alma, tui obtutu) clariſſima matrum
Lumina, fœmineæ quæque vſquam eſt gloria laudis,
Quodque meæ eſt ſortis, veſtris ſit honoribus impar;

Hoc

Hoc vno es nixu innumeros complexa nepotes,
Omnes cælicolas, omnes ſupera alta tenentes.

ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI, IESVS.

Suntque beata tui fæcundi germina partus,
Virginei fœtus vteri, cæleſtia dona.
Vna ſalus victis, ſpes addita mitis Ieſus.

SANCTA MARIA MATER DEI, &c.

Summa parens diuûm; ſontes te in vota vocamus,
Ne pigeat (miti dum nutu matris eunt res)
Exorare tuis pacem, promiſſaque regna,
Ne dulcis vitæ exortes nos morte ſiniſtra
Auferat atra dies, & funere mergat acerbo.

CAPVT III.

De Charitate.

Charitas ſeipſam depingit ſuis coloribus.

ILla ego virtutum quæ ſum Regina, decuſque,
Accendens animi, ceu mollis flamma, medullas,
Vulnus alo venis & cæco torreor æſtu,
Cùm venit in mentem cari Genitoris mago:
Multa Dei virtus animo, multuſque recurſat
Laudis honos; hærent infixi pectore vultus,
Verbaque; nec placidam membris dat cura quietem.
Hoc mihi dum tacitum viuit ſub pectore vulnus,
Nil me cuncta iuuant vani ludibria mundi,
Cùm nil grande rear, quod non te Numen adæquet:
Tu mihi vita, parens, genitrix, fraterque, ſororque,
Sponſus amore vigens, tu ſancti pectoris altor,
Sacra laboratæ Cereris dans liba ſalutis,
Ac ſitienti animo cæleſtis dona Lyæi.
Quod me velle ſinis, da numine poſſe mereri;
Da magis agnoſcam veteris veſtigia flammæ,
Et bene apud memorem tanti ſtet gratia facti;
Nec dulces natos, Veneris nec præmia norim,

Sim modò nata patris tanti, ſocianda triumphis
Cæleſtis patriæ, Superûm ventura ſub axem,
Dum mihi mente ſedet grauiori occumbere fato,
Antè Deus, quàm te violem, ac tua iura reſoluam,
Spiramenta animæ lethali vulnere rumpens.
Fert animus certam vitæ ſperare ſalutem;
Nam mihi deliciæ, tua ſancta capeſſere iuſſa,
Incenſiſque animis virtutem extendere factis.
Hiſne tuò merear cenſeri digna fauore?
Nata patris ſummi aut dici, votiſque vocari?
Connubio aut iungi ſtabili, coniuxque dicari?
An mihi fortè nefas tales prætendere tedas?
Non: tua nam pietas hæc mecum in fœdera venit,
Spemque dedit dubiæ menti, nec verſa voluntas.
Altera cura mihi (noſter ceu poſtulat ordo) *
Nam meus iſte labor, ſociorum occurrere rebus.
Ne tua progenies, cæli quam poſcis Olympo,
Vndique quæ tantum terris iactatur, & alto,
Tranſadigens animæ mortali crimine coſtas,
Corruat, ac tandem cęleſtibus excidat aruis.
Eſt mihi poſſe datum, ſuccendere pectora flāmis,
Queis ſua rite Deo perſoluant iura parenti.
Aſt opis haud noſtræ ſceleratam exſcindere peſtem
Hæreticæ fraudis, genteſque domare ſuperbas,
Perfidiæque malum, quo Regum victa poteſtas
Strata ſolo iacuit, tot iam labentibus annis.
Nil contrà tenuiſſe iuuat bis mille Camillos,
Veloces iaculo, & reliquis multa arte priores.
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis,
Omnipotens. Non exuuias, pulſæue trophæum
Hęreſis, aut ſpolia vlla peto: tibi cætera laudem
Facta ferant; hæc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat, patrias remeabo inglória ſedes.
Eia age magne Parens, huius ſuccedere voti
Da partem, vt minimum, ne vis inimica propinquet,
Viſaque ſit nobis multo mage digna triumpho.

* *Ordo charitatis in eo conſiſtit, vt nos diligamus propter Deum in primis, deinde proximum noſtrum ſicut nos ipſos.*

Quot

Quot ſunt Charitatis præcepta? DVCTOR.

Hæc duo præcipuè celeres mandata per auras MVSA.
Detulit Interpres diuûm, Patre miſſus ab alto.

Quod eſt primum & maximum mandatum? DVCTOR.
De amore Dei.

MVSA.
Hac vna tibi ſit mens dulci ſaucia cura;
Vnum hoc vulnus alat venis, imoque receſſu
Cordis, in immenſum diuini vt Numinis ardor
Creſcat, agens flammas, vireſque aſſumat eundo,
Diſcluſiſque animi latebris volet æſtus ad auras,
Nil aliud ſecum flammato corde volutans,
Quàm ſua rite Deo perſoluere iura parenti:
Hacce via ad Chriſtum miro properemus amore.
Ter precor hunc magnũ exoret mihi in oſſibus ignẽ,
Atque animum incenſum maiori inflammet amore,
Celſa Dei Genitrix, cui ne mens læua reſiſtat,
Det magis agnoſcam veteris veſtigia flammæ.
Vix ea dum niueis hinc atque hinc virgo lacertis,
Orantem amplexu molli fouet, atque repentè
Accepit ſolitam flammam, notuſque medullas
Intrauit calor, & labefacta per oſſa cucurrit,
Non ſecùs atque olim tonitru cùm rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.

Quod eſt ſecundum ſimile huic? DVCTOR.
De amore proximi.

Quod eſt ſecundum mandatum? DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TEIPSVM. DVCTOR.

Niſus vt Euryalum ſummis adiungere rebus, MVSA.
Non fugit ſocium, dum ſeſe in prælia miſit,
Magnanimum Ænean, & fama extrema ſecutus;
Haud ſecùs à nobis ſtimuli, procul ite profani,
Inuidiæ, infelix furias, amnem que ſeuerum
Cocyti metuat, tortoſque Ixionis orbes,
Immanemque rotam, & non exuperabile ſaxum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
Digitized by Google

Exulet hæc animo peſtis, Pater optime rerum;
Nulla meis ſine te quæratur gloria rebus,
Daque pari mecum ſocios complectar amore.

DVCTOR. *Quo indicio ſe prodit Charitas in Deum?*

MVSA. Igneus ille vigor, quo ſummè Numen amicum
Ardemus, quædam eſt animi cæleſtis origo,
Flammea vis ardoris agens in pectus amantum,
Nil magis vt ſitiant, Superum quàm iura tueri.
Hoc ſe prodit amor natorum in Numina fidus,
Vnum, inquam, hoc certũ indiciũ, ſi iuſſa capeſſant:
Sic etenim ipſa docet ſummi Sapientia Patris.
Qui mea verba tenet, complens mandata parentis,
Ille ſuos in me veros teſtatur amores.

DVCTOR. *Quo certo indicio ſe prodit Charitas in proximum?*

MVSA. Flammea vis ſociûm, ſi quam ſuccenderit æſtus
Numinis æterni, varios producere menti
Effectus ſueuit, clarè his vt Apoſtolus infit
Ignea vis fratrum, patiens rigidoque benigna eſt,
Deſpiciens proprias, alienæ haud æmula laudis:
Praua exhorreſcit, tumido nec turgida faſtu
Se ſinit inflari, mentes reprimendo ſuperbas,
Sceptra tenet, mollitque animos, & temperat iras,
Indomitoſque animi motus dominante Tonantis
Imperio premit, & vinclis & carcere frenat:
Non leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco
Corde ſedet, vani nil hac in ſede moratur;
Nec manſueta graues temere exardeſcit in iras,
De ſociis praui nil vnquam corde volutat,
Deſpicit omne nefas, memor eſt fandi atque nefandi
Vltorem eſſe Deum: velut immortalia iuſtis
Præmia digna feret, dum venerit vltima vitæ
Linea: adhæc veri ſtudiis addicta decori eſt,
Viribus æthereis fortunæ tela ſiniſtræ,
Ventorum rabiem, tempeſtateſque ſonoras

Lxtu.

Læta animo tolerat, quin cuncta incommoda ſuffert:
Sit quandoque licet curis ingentibus ægra,
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem,
Ingentes animos anguſto in pectore verſans.

Cur decem præcepta proponuntur?

DVCTOR.

Fuſiùs illa iuuat dici, quæ preſſiùs ore
Dicta fuere priùs, quò res obſcura pateſcat.

MVSA.

Aurea iuſſa decem ſupero demiſit Olympo,
Ætheria clangente tuba, lituiſque ſonoris
Omnipotens Genitor, cæli cui ſidera parent:
Hoc ſuperato iugum, mea, ait, tibi certa voluntas,
Imperio lætus pare: nam impleſſe iuuabit:
Moyſem hæc ferre iubet populi mandata ſub aures.

Primum præceptum Decalogi, vbi nomine magni Dei, ſic populo Moyſes loquitur.

Talibus omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit: eo dicente, Deûm domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus, ſilet arduus æther,
Tum Zephyri poſuere, premit placida æquora põtus.
Ipſe ego ſum Dominus, magni Regnator Olympi,
Haud aliena colas, fingens tibi Numina diuûm:
Falſorum ſimulacra deûm ne dextera formet:
Nam minùs innuptæ donum exitiale Mineruæ*
Troianos lædet, ruerit cùm à culmine Troia,
Mænibus euerſis, vituli quàm Mulciber aurei
Obfuerit Solymis: manet alta mente repoſtum
Iudicium Iſacidæ, ſpretique iniuria cultus
Nominis æterni, tum relligionis auitæ.
Vana ſuperſtitio quid non deſignat inauſum?

* *Quod de vitulo aureo hic dicitur, hoc per anticipationem accipiendum eſt, quod apud Prophetas valdè familiare eſt.*

II. *Praceptum*. NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TVI IN VANVM.

Fas nulli iurare meum,& ſic fallere Numen:
Id genus antiquum Terræ,Titania pubes
Non impune tulit; mox ſenſit Numinis iras,
Fulmine deiecti,barathro voluuntur in imo.
Cernite crudeles dantem Salmonea pœnas,
Fallere dum mentem tentat, quæ neſcia falli eſt;
Dum flammas Superûm,& ſonitus imitatus Olympi
Ibat ouans,diuumque ſibi poſcebat honorem
Demens, cùm nimbos,& non imitabile fulmen,
Ære,& cornipedum curſu ſimularet equorum:
At Pater omnipotens, denſa inter nubila telum
Contorſit (non ille faces, nec fumea tedis
Lumina) præcipitemque immani turbine adegit.
Sic cunctos meminiſſe velim,haud impune ferendũ,
Supremum nomen,cui nullum laudibus æques,
Sacrilego ore peti.Superûm vt ſit lentior ira,
Infenſi tandem,pœnas cum ſanguine poſcunt.

* *Indulgendũm putaui neophyta Muſa Maronis, vt ad ſingula Dei pracepta, gentis ſua profana citet exempla,cum huius instituti mei ratio poſtulet, vt eum more ſuo loquentem, quoad eius fieri poſſit, audiamus.*

III. *Praceptum*. MEMENTO VT DIEM SABBATI SANCTIFICES.

Hoc Patris imperiũ eſt,cui non parere nefandum eſt.
Talibus is ſobolem dictis affatur amicis:
Sit,mea progenies,vobis lux ſeptima curæ,
Cunctaque feſta piis ſtudiis celebrate fauentes,
Annua,quæ differre nefas, ceu matris ab ore
Sunt indicta orbi:neque enim hæc ſolennia vobis
Vana ſuperſtitio falſorum ignara deorum
Impoſuit,verùm monitis ac Numine diuûm,
Edocti facitis,meritoſque nouatis honores.
Non veluti quondam immeritos Rex Arcas honores
Amphitryoniadæ pugili, indignoque ferebat,

Ante

Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi pauperq́ue ſenatus
Thura dabant, tepiduſq́ue cruor fumabat ad aras.
Tum lecti iuuenes certatim, aræque ſacerdos,
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq́ue miniſtrant.
Hæc procul à noſtris abſint; procul ite profani
Ritus; ſit procul hinc commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſq́ue vocat clamore Cythæron.
Ne minimam vſque notam ſacris patiamur inuri
Chriſtiadûm, ſed digna Deo ſint, grataq́ue diuis,
Dedecoriſq́ue nihil noſtras contingat ad aras.
Feſta dies feſta veletur fronde per vrbem, *
Templũ auguſtũ, ingens, centum ſublime columnis
Compleat, ingenti ſtudio pietatis auitę,
Gens addicta Deo, cumuletq́ue altaria donis.

* *Hic magis in particulari modus celebrandi feſta more Chriſtianorum perſcribitur.*

IV. *Præceptum.* HONORA PATREM ET MATREM, *&c.*

Dignis iuſtus honos detur, geminoq́ue parenti.
Iſta Dei imperio ſoboli ſit fixa voluntas,
Inſtaurati animi patriis ſuccurrere tectis,
Auxilioq́ue leuare genus, vimq́ue addere victo,
Quod pietatis erit, nummis opibuſq́ue iuuare,
Proq́ue ſuis, grauibus caput obiectare periclis.
Sic quondam Æneas, pietatis iura ſecutus,
Iliacis cupiens flammis efferre parentem,
Talia voce refert, gradiens per tela, per hoſtes;
Ergo age, care Pater, ceruici imponere noſtræ,
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.
Quo res cunque cadent, vnum & cõmune periclum,
Vna ſalus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longè ſeruet veſtigia coniux,
Tu Genitor, cape ſacra manu, patrioſq́ue penates.

Hæc

Hæc fatus latos humeros ſubiectaque colla,
Veſte ſuper, fuluique inſtratus pelle leonis,
Succedit moli, & dextræ ſe paruus Iulus
Implicat, & patrem ſequitur non paſſibus æquis,
Ponè ſubit coniux celerans per opaca locorum.

V. *Præceptum*. NON OCCIDES.

Nulli fas vitam crudeli abſumere ferro:
Eximitur Iudex, ſcelerati criminis vltor,
Iuſtitiæ vindex, cui plena eſt facta poteſtas
Tollendi è medio violento funere ſontes.
Hinc cadet ante diem, mediaq́; inhumatus arena,
Clàm ferro incautum qui ſit ſuperare ſodalem
Auſus, vt haud ſimili pœna commiſſa luantur.
Ac licet ipſa diu celari crimina poſſint,
Fit tamen occultum nequeat ſcelus vſque teneri.
Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes,
Multa diu ſimulans, luſit mira arte ſororem:
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris,
Crudeleiſque aras, traiectaque pectora ferro
Nudauit, cæcumque domus ſcelus omne retexit.
Sic Polydori etiam monſtris eſt prodita cædes,
Notaque Threicij Regis, bis terque nefandi
Impietas aurique fames, qua tollitur inſons.
Eloquar? an ſileam? Gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures:
Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus; non me tibi Troia
Externum tulit; haud cruor hic de ſtipite manat:
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum;
Nam Polydorus ego: hìc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.
Sic licet abſtruſo improbitas ſeſe occulat antro,
Proditur, vt poſſit meritas expendere pœnas.

VI. *Præceptum*. NON MOECHABERIS.

Iura aliena tori, & tedas violare iugales
Lex æterna vetat, meritò cui Iulia cedit,

Quæ poſita eſt Veneri, validiſque Cupidinis armis.
Hinc tu iuncta viro ſociali fœdere lecti.
Tyndarida aſpicias, ſecreta in ſede latentem:
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deſerti coniugis iras
Permetuens, Troiæ, & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat ſeſe, atque aris inuiſa ſedebat:
Hic meminiſſe iuuet iuſtum non ferre maritum,
Connubio iunctam ſocialia ſoluere iura,
Iuris at eſſe ſui innocuas prætendere tedas.
Exarſere ignes animo, ſubit ira cadentem
Vlciſci ſociam, ac ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hæc tecta incolumis, ſuetoſque penates
Aſpiciet? læſoque ibit coniuncta marito?
Coniugiumque domumque, patres, natoſq; videbit?
Et matrum turba, & patriis comitata miniſtris?
Non ita: namque etſi nullum memorabile nomen
Fæminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas, animumque expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe nefandi
Criminis, hancque toro peſtem auertiſſe iugali.
At non virgineum mortalia pectora cogit *
Imperio Pater omnipotens, ſeruare pudorem.
Hinc quos in Venerem pronos calor igneus vrget,
Connubio ſtabili hos iungi ſacra iura reſoluunt.
Sed tu vota Deo ſolues dictoque manebis:
Nam Superis ſeruanda fides, caſteque ſacerdos
Sacra colat, cælebſque manus admiſceat aris.

* *Conceditur liberis matrimonium, non præcipitur. Nam, vt ait Apoſtolus 1. Cor. 7. Melius eſt nubere, quàm vri. Seruanda verò ab iis caſtitas, qui ſe huic voto aſtrinxerunt.*

VII. *Præceptum.* NON FVRTVM FACIES.

Dulcia furta nimis triſti miſcentur amaro;
Furtiua nam parta manu, res defluit vltro,
Sicque ſolet furto ſpes retro lapſa referri.

Triſtior

Triſtior hoc Caci docet exitus. Ille rapinis
Dum ſibi viuendum ducit, quò diues abundet,
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit, totidem forma ſuperante iuuencas.
Interea, cùm iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Diſceſſu mugire boues, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vaſtoque ſub antro
Mugiit, & Caci ſpem cuſtodita feſellit.
Hîc etenim Alcidæ furiis exarſerat atro
Felle dolor, rapit arma manu, nodiſque grauatum
Robur, & aërij curſu petit ardua montis,
Et Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplò foribus domus atra reuulſis;
Abſtractæque boues, abiuratæque rapinæ
Cælo oſtenduntur, pedibuſque informe cadauer
Protrahitur; nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villoſaque ſetis
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes.

VIII. *Præceptum.* NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM TVVM FALSVM TESTIMONIVM. *Eò reducuntur contumeliæ, conuitia, cæteráque linguæ peccata.*

Grande nefas ſocij famam, nomenque, decuſque
Lædere, & ambiguas in vulgus ſpargere voces,
Queis perſæpe ſolent multis odia aſpra moueri.
Quot ſenior, linguaque, odiiſq;, ac crimine Drãces,
Inſenſus iuueni Turno, bella horrida mouit?
Dum matres, miſeræque nurus, dum cara ſororum
Pectora mœrentûm, puerique parentibus orbi
Durum execrantur bellum, Turnique hymenæos;
Ipſum armis, ipſumque iubent decernere ferro,
Qui Regnum Italiæ, & primos ſibi poſcit honores;
Ingra-

Digitized by Google

Ingrauat hæc ſæuus Drances, ſolumque vocari
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum:
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

Drancæ linguæ certamen in Turnum.

Rem nulli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem
Conſulis, ô bone Rex, cuncti ſe ſcire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant.
Det libertatem fandi, flatuſque remittat,
Cuius ob auſpicium infauſtum, moreſque ſiniſtros,
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus
Conſediſſe vrbem luctu, dum Troia tentat
Caſtra, fugæ fidens, & cælum territat armis.

Æquè acerba Turni in Drancem oratio inuectiua.

Talibus accenſo haud gliſcat violentia Turno?
Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:
Larga quidem ſemper Drance tibi copia fandi,
Tunc cùm bella manus poſcunt, patribuſq́ vocatis,
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tuto tibi larga volant, dum diſtinet hoſtem
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.
Imus in aduerſos? Quid ceſſas? An tibi Mauors
Ventoſa in lingua, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit? ſemper tibi frigida dextera bello?
Pulſus ego? aut quiſquam meritò, fœdiſſime, pulſum
Arguet? Iliaco tumidum qui creſcere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub tartara miſi.

IX. *Præceptum*. NON CONCVPISCES VXOREM PROXIMI TVI.

Coniugis alterius qui cæco carpitur igni,

Vulnus

Vulnus alit venis. licet hæc in fœdera nunquam
Venerit: hic thalamos reus eſt rupiſſe iugales.
Pro facto ſed enim eſt animi cenſenda voluntas.
Huic vni Dido potuit ſuccumbere culpæ.
Sed non vlla magis vires induſtria format,
Quàm Venerem, & cæci ſtimulos auertere amoris;
Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montẽ oppoſitum, & trans flumina lęta,
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.
Carpit enim vires paulatim, vritque tuendo.
Fæmina, nec nemorũ patitur meminiſſe, nec herbæ.

X. *Præceptum*. NON CONCVPISCES REM PROXIMI TVI?

Sit male-ſuada fames. & habendi dira cupido,
Pulſa procul veſtri moderato à limine cordis.
Ne quid ſurripias alieni, contrahe vela
Vſque tui voti, mentiſque optata retunde,
Nil deſiderio ardenti, nil corde retentans
Iniuſti; non tecta domus, non arua, iugumue,
Non vilem excipies famulum, famulamue minorẽ,
Non bouis exuuias, non tardi vellus aſelli,
Denique nil rerum, quas magnus continet orbis.

Quanto ſanguine ſteterit Auſoniis alieni cerui aſſectatio, ſub Aſcanio.

Dum ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit. & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent: num prima malorum
Cauſſa fuit. belloque animos accendit agreſtes?
Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab vbere raptum
Nutribant Tyrrhuſque pater; cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi;
Aſſuetum imperiis ſoror omni Syluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat,
Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili.

Erra-

Digitized by Google

Errabat ſiluis, rurſuſque ad limina nota
Ipſe domum ſera quamuis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rapidæ venantis Iuli
Commouere canes, fluuio cùm fortè ſecundo
Deflueret, ripaque æſtus viridante leuaret.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius, curuo direxit ſpicula cornu:
Nec dextræ erranti ſors abſuit, actaque multo
Perque vterum ſonitu, perque ilia venit arundo;
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Succeſſitque gemens ſtabulis, queſtuque cruentus,
Atque imploranti ſimilis, tectum omne repleuit.
Syluia prima ſoror, palmis percuſſa lacertos,
Auxilium vocat, & duros conclamat agreſtes:
Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſiluis)
Improuiſi adſunt: hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic grauidi nodis; quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit. Vocat agmina Tyrrhus,
Quadri fidam quercum cuneis vt fortè coactis
Scindebat, rapta ſpirans immane ſecuri.
Nec perfecta tibi bello diſcordia triſti eſt,
Quæ tanto Auſonio reſperſit ſanguine Teucros.

Epilogus Decalogi. *DVCTOR.*

His te fata ſuis voluerunt ducere vitam
Auſpiciis, non ſponte tuas componere curas:
Iuſſa proinde Dei exequere; hæc tibi maxima cura:
Ac velut ingentem formicæ farris aceruum
Cùm populant, hiemis memores, tectoq; reponunt,
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant calle anguſto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita feruet.
Sic quem multa monet ſummarum gloria rerum,
Hic ſuper ipſe ſua molitur laude laborem;
Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras,
Intrepidumque caput mille obiectare periclis,
Attonitus tanto monitu, impulſuque Tonantis,
Vnus amor cordi, cæleſtia quærere regna.

Arma parare iuuet, validiſque incumbere remis:
Huic vni tibi fas animos ſummittere amori.
Præcipites metus acer agat, quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſiniſtris,
Inter vtramque viam lethi, Scyllā atque Charybdim:
Ni teneant curſus, certum eſt, dare lintea retro,
Soluite vela citi: Deus æthere miſſus ab alto
Feſtinare fugam, tortoſque incidere funes,
Ecce iterum ſtimulat: rogo vos, mora nulla retardet.

De præceptis Eccleſiæ.

DVCTOR. *Quot ſunt Eccleſiæ præcepta?*

MVSA. Qualis erat quondam populis Regina Sabæis
Dicta ſtupens regni Solymorum ſceptra tenentis;
Seu dominata ſuis qualem ſe læta ferebat,
Per medios inſtans operi, regniſque paternis,
Cùm foribus Sabbæ, media teſtudine templi,
Septa armis, ſolioque altè ſubnixa ſederet,
Iura daret, legeſque viris, operumque laborem
Partibus æquaret iuſtis, aut ſorte leuaret;
Talis ſponſa Dei, Aligerûm cingente corona,
Virgineis quæ ſepta choris, redimita tiara,
Sublimi ornatu caput inter nubila condens,
Quinque gregi mandata dedit, ſobolique renatæ.

DVCTOR. *Quod eſt primum? De feſtorum obſeruatione.*

MVSA. Hos agitare dies feſtos vult, more probato.
Non Phœbo & Triuiæ ſolido de marmore templa
Inſtitui, lucemque ſacram de nomine Phœbi,
Ignis vbi in medio & ſocij cratera coronant,
Lenæumque vocant libantes; inde Menālcas
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo,
Corporaque agreſti nudat prædura palæſtra:
Hunc olim ritum veteres tenuere coloni.
Officiis aſt alma piis Eccleſia mater
Haſce coli luces iubet interruptaque ſiſti,
Vult opera exempti ſtudij pendere, minaſque
Murorum ingentes, æquatáque mœnia cœlo,

Artifi-

Artificumque manus ceſſare, labore remiſſo,
Vt ſua gens animo cæleſtia dona reuoluat.
Fas tamen eſt feſtis quædam exercere diebus,
Quæ pia iura ſinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri:
Felices operum reliquos dedit ordine ſoles.

Exigente neceſſitate publica.

II. *Præceptum*. Sacrvm Missæ officivm diebvs festis reverenter avdito.

MVSA.

Si quondam Æneadæ magno de nomine dicti,
Sacra Dioneæ matri, diuiſque ferebant
Auſpicibus cœptorum operum (ſi credere fas eſt)
Balantúmque pecus varium, Superóque nitentem
Cęlicolûm Regi taurum mactare ſolebant;
Sique olim Alcidem ſua ſacrâ tuliſſe merendo,
Omnibus eſt terris magno pro teſte vetuſtas,
Dum Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur:
Si ex illo celebratus honos, lętique minores
Seruauere diem, primuſque Potitius auctor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri,
Magnam aram luco ſtatuit; quæ gloria facti eſt?
Quis referet quanto ſatius ſua ſacra Tonanti
Ritè celebrari, atque onerari altaria donis?
Communémque vocare Deum, quo vindice Ditis
Panditur extemplò foribus, domus atra, reuulſis?
Abſtractique patres, abiuratæque rapinæ
Cælo oſtenduntur, dirum frendente dracone?

III. *Præceptum*. Indicta certis diebvs ieivnia, et a qvibvsdam cibis abstinentiam observato.

MVSA.

Laudandi Hippolyti, & domitrix Epidaurus equorũ,
Qui variis inſtant ſtudiis, ſub tempus, & omnes

Im-

Exulet hæc animo peſtis, Pater optime rerum;
Nulla meis ſine te quæratur gloria rebus,
Daque pari mecum ſocios complectar amore.

DVCTOR. *Quo indicio ſe prodit Charitas in Deum?*

MVSA. Igneus ille vigor, quo ſummè Numen amicum
Ardemus, quædam eſt animi cæleſtis origo,
Flammea vis ardoris agens in pectus amantum,
Nil magis vt ſitiant, Superum quàm iura tueri.
Hoc ſe prodit amor natorum in Numina fidus,
Vnum, inquam, hoc certũ indiciũ, ſi iuſſa capeſſant:
Sic etenim ipſa docet ſummi Sapientia Patris.
Qui mea verba tenet, complens mandata parentis,
Ille ſuos in me veros teſtatur amores.

DVCTOR. *Quo certo indicio ſe prodit Charitas in proximum?*

MVSA. Flammea vis ſociûm, ſi quam ſuccenderit æſtus
Numinis æterni, varios producere menti
Effectus ſueuit, clarè his vt Apoſtolus infit.
Ignea vis fratrum, patiens rigidoque benigna eſt,
Deſpiciens proprias, alienæ haud æmula laudis:
Praua exhorreſcit, tumido nec turgida faſtu.
Se ſinit inflari, mentes reprimendo ſuperbas,
Sceptra tenet, mollitque animos, & temperat iras,
Indomitoſque animi motus dominante Tonantis
Imperio premit, & vinclis & carcere frenat:
Non leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco
Corde ſedet, vani nil hac in ſede moratur;
Nec manſueta graues temere exardeſcit in iras,
De ſociis praui nil vnquam corde volutat,
Deſpicit omne nefas, memor eſt fandi atque nefandi
Vltorem eſſe Deum: velut immortalia iuſtis
Præmia digna feret, dum venerit vltima vitæ
Linea: adhæc veri ſtudiis addicta decori eſt,
Viribus æthereis fortunæ tela ſiniſtræ,
Ventorum rabiem, tempeſtateſque ſonoras

Lata

Læta animo tolerat, quin cuncta incommoda ſuffert:
Sit quandoque licet curis ingentibus ægra,
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem,
Ingentes animos anguſto in pectore verſans.

Cur decem præcepta proponuntur?

DVCTOR.

Fuſiùs illa iuuat dici, quæ preſſiùs ore
Dicta fuere priùs, quò res obſcura pateſcat.

MVSA.

Aurea iuſſa decem ſupero demiſit Olympo,
Ætheria clangente tuba, lituiſque ſonoris
Omnipotens Genitor, cœli cui ſidera parent:
Hoc ſuperato iugum, mea, ait, tibi certa voluntas,
Imperio lætus pare: nam impleſſe iuuabit:
Moyſem hæc ferre iubet populi mandata ſub aures.

Primum præceptum Decalogi, vbi nomine magni Dei, ſic populo Moyſes loquitur.

Talibus omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit: eo dicente, Deûm domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus, ſilet arduus æther,
Tum Zephyri poſuere, premit placida æquora põtus.
Ipſe ego ſum Dominus, magni Regnator Olympi,
Haud aliena colas, fingens tibi Numina diuûm:
Falſorum ſimulacra deûm ne dextera formet:
Nam minùs innuptæ donum exitiale Mineruæ*
Troianos lædet, ruerit cùm à culmine Troia,
Mœnibus euerſis, vituli quàm Mulciber aurei
Obfuerit Solymis: manet alta mente repoſtum
Iudicium Iſacidæ, ſpretique iniuria cultus
Nominis æterni, tum relligionis auitæ.
Vana ſuperſtitio quid non deſignat inauſum?

* *Quod de vitulo aureo hic dicitur, hoc per anticipationem accipiendum eſt, quod apud Prophetas valdè familiare eſt.*

Digitized by Google

II. *Præceptum.* NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TVI IN VANVM.

Fas nulli iurare meum,& ſic fallere Numen:
Id genus antiquum Terræ,Titania pubes
Non impune tulit; mox ſenſit Numinis iras,
Fulmine deiecti,barathro voluuntur in imo.
Cernite crudeles dantem Sulmonea pœnas,
Fallere dum mentem tentat quæ neſcia falli eſt;
Dum flammas Superûm,& ſonitus imitatus Olympi
Ibat ouans,diuumque ſibi poſcebat honorem,
Demens, cùm nimbos,& non imitabile fulmen,
Ære,& cornipedum curſu ſimularet equorum:
At Pater omnipotens, denſa inter nubila telum
Contorſit (non ille faces, nec fumea tedis
Lumina) præcipitemque immani turbine adegit.
Sic cunctos meminiſſe velim,haud impune ferendũ,
Supremum nomen,cui nullum laudibus æques,
Sacrilego ore peti.Superûm vt ſit lentior ira,
Inſenſi tandem,pœnas cum ſanguine poſcunt.

* *Indulgendum putaui neophytæ Muſæ Maronis, vt ad ſingula Dei præcepta, gentis ſuæ profana citet exempla,cum huius inſtituti mei ratio poſtulet, vt eum more ſuo loquentem,quoad eius fieri poßit,audiamus.*

III. *Præceptum.* MEMENTO VT DIEM SABBATI SANCTIFICES.

Hoc Patris imperiũ eſt,cui non parere nefandum eſt:
Talibus is ſobolem dictis affatur amicis:
Sit,mea progenies,vobis lux ſeptima curæ,
Cunctaque feſta piis ſtudiis celebrate fauentes,
Annua,quæ differre nefas ceu matris ab ore
Sunt indicta orbi:neque enim hæc ſolennia vobis
Vana ſuperſtitio falſorum ignara deorum
Impoſuit,verùm monitis ac Numine diuûm,
Edocti facitis,meritoſque nouatis honores.
Non veluti quondam immeritos Rex Arcas honores
Amphitryoniadæ pugili, indignoque ferebat,

Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi pauperque ſenatus
Thura dabant, tepiduſque cruor fumabat ad aras.
Tum lecti iuuenes certatim, aræque ſacerdos,
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumque miniſtrant.
Hæc procul à noſtris abſint; procul ite profani
Ritus; ſit procul hinc commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cythæron.
Ne minimam vſque notam ſacris patiamur inuri
Chriſtiadûm, ſed digna Deo ſint, grataque diuis,
Dedecoriſque nihil noſtras contingat ad aras.
Feſta dies feſta veletur fronde per vrbem, *
Templũ auguſtũ, ingens, centum ſublime columnis
Compleat, ingenti ſtudio pietatis auitę,
Gens addicta Deo, cumuletque altaria donis.

* *Hic magis in particulari modus celebrandi feſta more Chriſtianorum perſcribitur.*

IV. *Præceptum.* Honora patrem et matrem, *&c.*

Dignis iuſtus honos detur, geminoque parenti.
Iſta Dei imperio ſoboli ſit fixa voluntas,
Inſtaurati animi patriis ſuccurrere tectis,
Auxilioque leuare genus, vimque addere victo,
Quod pietatis erit, nummis opibuſque iuuare,
Proque ſuis, grauibus caput obiectare periclis.
Sic quondam Æneas, pietatis iura ſecutus,
Iliacis cupiens flammis efferre parentem;
Talia voce refert, gradiens per tela, per hoſtes;
Ergo age, care Pater, ceruici imponere noſtræ,
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.
Quo res cunque cadent, vnum & cõmune periclum,
Vna ſalus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longè ſeruet veſtigia coniux,
Tu Genitor, cape ſacra manu, patrioſque penates.

Hæc

Hæc fatus latos humeros ſubiectaque colla,
Veſte ſuper, fuluique inſtratus pelle leonis,
Succedit moli, & dextræ ſe paruus Iulus
Implicat, & patrem ſequitur non paſſibus æquis,
Ponè ſubit coniux celerans per opaca locorum.

V. *Præceptum*. NON OCCIDES.

Nulli fas vitam crudeli abſumere ferro:
Eximitur Iudex, ſcelerati criminis vltor,
Iuſtitiæ vindex, cui plena eſt facta poteſtas
Tollendi è medio violento funere ſontes.
Hinc cadet ante diem, mediaq; inhumatus arena,
Clàm ferro incautum qui ſit ſuperare ſodalem
Auſus, vt haud ſimili pœna commiſſa luantur.
Ac licet ipſa diu celari crimina poſſint,
Fit tamen occultum nequeat ſcelus vſque teneri.
Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes,
Multa diu ſimulans, luſit mira arte ſororem:
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris,
Crudeleiſque aras, traiectaque pectora ferro
Nudauit, cæcumque domus ſcelus omne retexit.
Sic Polydori etiam monſtris eſt prodita cædes,
Notaque Threicij Regis, bis terque nefandi
Impietas aurique fames, qua tollitur inſons.
Eloquar? an ſileam? Gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures:
Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus; non me tibi Troia
Externum tulit; haud cruor hic de ſtipite manat:
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum;
Nam Polydorus ego: hîc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.
Sic licet abſtruſo improbitas ſeſe occulat antro,
Proditur, vt poſſit meritas expendere pœnas.

VI. *Præceptum*. NON MOECHABERIS.

Iura aliena tori, & tedas violare iugales
Lex æterna vetat, meritò cui Iulia cedit,

Digitized by Google

Quæ poſita eſt Veneri, validiſque Cupidinis armis.
Hinc tu iuncta viro ſociali fœdere lecti.
Tyndarida aſpicias, ſecreta in ſede latentem:
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deſerti coniugis iras
Permetuens, Troiæ, & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat ſeſe, atque aris inuiſa ſedebat:
Hic meminiſſe iuuet iuſtum non ferre maritum,
Connubio iunctam ſocialia ſoluere iura,
Iuris at eſſe ſui, innocuas prætendere tedas.
Exarſere ignes animo, ſubit ira cadentem
Vlciſci ſociam, ac ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hæc tecta incolumis, ſuetoſque penates
Aſpiciet? læſoque ibit coniuncta marito?
Coniugiumque domumque, patres, natoſq; videbit?
Et matrum turba, & patriis comitata miniſtris?
Non ita: namque etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas, animumque expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe nefandi
Criminis, hancque toro peſtem auertiſſe iugali.
At non virgineum mortalia pectora cogit *
Imperio Pater omnipotens, ſeruare pudorem.
Hinc quos in Venerem pronos calor igneus vrget,
Connubio ſtabili hos iungi ſacra iura reſoluunt.
Sed tu vota Deo ſolues dictoque manebis:
Nam Superis ſeruanda fides, caſteque ſacerdos
Sacra colat, cælebſque manus admiſceat aris.

* *Conceditur liberis matrimonium, non præcipitur. Nam, vt ait Apoſtolus* 1. *Cor.* 7. *Melius eſt nubere, quàm vri. Seruanda verò ab iis caſtitas, qui ſe huic voto aſtrinxerunt.*

VII. *Præceptum.* NON FVRTVM FACIES.

Dulcia furta nimis triſti miſcentur amaro;
Furtiua nam parta manu, res defluit vltro,
Sicque ſolet furto ſpes retro lapſa referri.

Triſtior

Digitized by Google

Triſtior hoc Caci docet exitus. Ille rapinis
Dum ſibi viuendum ducit, quò diues abundet,
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit, totidem forma ſuperante iuuencas.
Interea, cùm iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Diſceſſu mugire boues, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vaſtoque ſub antro
Mugiit, & Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hîc etenim Alcidæ furiis exarſerat atro
Felle dolor, rapit arma manu, nodiſque grauatum
Robur, & aërij curſu petit ardua montis,
Et Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplò foribus domus atra reuulſis;
Abſtractæque boues, abiuratæque rapinæ
Cælo oſtenduntur, pedibuſque informe cadauer
Protrahitur; nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villoſaque ſetis
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes.

VIII. *Præceptum*. NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM TVVM FALSVM TESTIMONIVM. *Eò reducuntur contumeliæ, conuitia, ceteráque linguæ peccata.*

Grande nefas ſocij famam, nomenque, decuſque
Lædere, & ambiguas in vulgus ſpargere voces,
Queis perſæpe ſolent multis odia aſpra moueri.
Quot ſenior, linguaque, odiiſq;, ac crimine Drãces,
Infenſus iuueni Turno, bella horrida mouit?
Dum matres, miſeræque nurus, dum cara ſororum
Pectora mœrentûm, puerique parentibus orbi
Durum execrantur bellum, Turnique hymenæos;
Ipſum armis, ipſumque iubent decernere ferro,
Qui Regnum Italiæ, & primos ſibi poſcit honores;
Ingra-

Ingrauat hæc ſæuus Drances, ſolumque vocari
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum:
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

Drancæ linguæ certamen in Turnum.

Rem nulli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem
Conſulis, ô bone Rex, cuncti ſe ſcire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant.
Det libertatem fandi, flatuſque remittat,
Cuius ob auſpicium infauſtum, moreſque ſiniſtros,
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus
Conſediſſe vrbem luctu, dum Troia tentat
Caſtra, fugæ fidens, & cælum territat armis.

Æquè acerba Turni in Drancem oratio inuectiua.

Talibus accenſo haud gliſcat violentia Turno?
Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:
Larga quidem ſemper Drance tibi copia fandi,
Tunc cùm bella manus poſcunt, patribuſq; vocatis,
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tuto tibi larga volant, dum diſtinet hoſtem
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.
Imus in aduerſos: Quid ceſſas? An tibi Mauors
Ventoſa in lingua, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit? ſemper tibi frigida dextera bello?
Pulſus ego? aut quiſquam meritò, fœdiſſime, pulſum
Arguet? Iliaco tumidum qui creſcere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub tartara miſi.

IX. *Præceptum.* NON CONCVPISCES VXOREM PROXIMI TVI.

Coniugis alterius qui cæco carpitur igni,

Vulnus

Vulnus alit venis. licet hæc in fœdera nunquam
Venerit: hic thalamos reus eſt rupiſſe iugales.
Pro facto ſed enim eſt animi cenſenda voluntas.
Huic vni Dido potuit ſuccumbere culpæ.
Sed non vlla magis vires induſtria format,
Quàm Venerem, & cæci ſtimulos auertere amoris;
Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montē oppoſitum, & trans flumina lęta,
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.
Carpit enim vires paulatim, vritque tuendo
Fœmina, nec nemorū patitur meminiſſe, nec herbæ.

X. *Præceptum.* NON CONCVPISCES REM PROXIMI TVI?

Sit male-ſuada fames. & habendi dira cupido,
Pulſa procul veſtri moderato à limine cordis.
Ne quid ſurripias alieni, contrahe vela.
Vſque tui voti, mentiſque optata retunde,
Nil deſiderio ardenti, nil corde retentans
Iniuſti; non tecta domus, non arua, iugumue,
Non vilem excipies famulum, famulamue minorē,
Non bouis exuuias, non tardi vellus aſelli,
Denique nil rerum, quas magnus continet orbis.

Quanto ſanguine ſteterit Auſoniis alieni cerui affectatio, ſub Aſcanio.

Dum ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit. & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent: num prima malorum
Cauſſa fuit, belloque animos accendit agreſtes?
Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab vbere raptum
Nutribant Tyrrhuſque pater; cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi;
Aſſuetum imperiis ſoror omni Syluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat,
Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili,

Erra-

Digitized by Google

Errabat ſiluis, rurſuſque ad limina nota
Ipſe domum ſera quamuis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rapidæ venantis Iuli
Commouere canes. fluuio cùm fortè ſecundo
Deflueret, ripaque æſtus viridante leuaret.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius, curuo direxit ſpicula cornu:
Nec dextræ erranti ſors abſuit, actaque multo
Perque vterum ſonitu, perque ilia venit arundo;
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Succeſſitque gemens ſtabulis, queſtuque cruentus,
Atque imploranti ſimilis, tectum omne repleuit.
Syluia prima ſoror, palmis percuſſa lacertos,
Auxilium vocat, & duros conclamat agreſtes:
Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſiluis)
Improuiſi adſunt. hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic grauidi nodis; quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit. Vocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat, rapta ſpirans immane ſecuri.
Nec perfecta tibi bello diſcordia triſti eſt,
Quæ tanto Auſonio reſperſit ſanguine Teucros.

Epilogus Decalogi.

His te fata ſuis voluerunt ducere vitam *DVCTOR.*
Auſpiciis, non ſponte tuas componere curas:
Iuſſa proinde Dei exequere; hæc tibi maxima cura:
Ac velut ingentem formicæ farris aceruum
Cùm populant, hiemis memores, tectoq; reponunt,
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant calle anguſto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita feruet.
Sic quem multa mouet ſummarum gloria rerum,
Hic ſuper ipſe ſua molitur laude laborem;
Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras,
Intrepidumque caput mille obiectare periclis,
Attonitus tanto monitu, impulſuque Tonantis,
Vnus amor cordi, cæleſtia quærere regna.

Arma

Artificumq́ue manus ceſſare, labore remiſſo,
Vt ſua gens animo cæleſtia dona reuoluat.
Fas tamen eſt feſtis quædam exercere diebus,
Quæ pia iura ſinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumq́ue gregem fluuio merſare ſalubri:
Felices operum reliquos dedit ordine ſoles.

Exigente neceßitate publica.

II. *Præceptum.* SACRVM MISSÆ OFFICIVM DIEBVS FESTIS REVERENTER AVDITO.

MVSA.

Si quondam Æneadæ magno de nomine dicti,
Sacra Dioneæ matri, diuiſq́ue ferebant
Auſpicibus cœptorum operum (ſi credere fas eſt)
Balantúmque pecus varium, Superóque nitentem
Cęlicolûm Regi taurum mactare ſolebant;
Sique olim Alcidem ſua ſacrá tuliſſe merendo,
Omnibus eſt terris magno pro teſte vetuſtas,
Dum Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur:
Si ex illo celebratus honos, lętique minores
Seruauere diem, primuſq́ue Potitius auctor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri,
Magnam aram luco ſtatuit; quæ gloria facti eſt?
Quis referet quanto ſatius ſua ſacra Tonanti
Ritè celebrari, atque onerari altaria donis?
Communémque vocare Deum, quo vindice Ditis
Panditur extemplò foribus, domus atra, reuulſis?
Abſtractique patres, abiuratæque rapinæ
Cælo oſtenduntur, dirum frendente dracone?

III. *Præceptum.* INDICTA CERTIS DIEBVS IEIVNIA, ET A QVIBVSDAM CIBIS ABSTINENTIAM OBSERVATO.

MVSA.

Laudandi Hippolyti, & domitrix Epidaurus equorũ,
Qui variis inſtant ſtudiis, ſub tempus, & omnes

Im-

Digitized by Google

Impendunt curas denſo diſtendere pingui,
Quem legére ducem, & pecori dixere maritum;
Florenteſque ſecant herbas, fluuioſque miniſtrant,
Farraque, ne blando nequeat ſupereſſe labori,
Inualidique patrum referant ieiunia nati:
Ipſa autem macie tenuant armenta volentes,
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondeſque negant, & fontibus arcent:
Sæpè etiam curſu quatiunt, & ſole fatigant,
Cùm grauiter tonſis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes.
Vtraque gens tali diſcrimine ritè paratur.

Ducta ab equis ſimilitudo hominibus applicatur.

Haud ſecùs intendens animis, ceu prouida mater,
Sponſa Dei varios varia vult lege teneri.
Quos durus labor exercet, ne triſtia frangant
Tormina latrantis ſtomachi, his ſua fræna relaxat,
Nec pia defeſſum pecus à præſepibus arcet.
Sorte pari gaudent pueri, teneræque puellæ,
Parturiens, fœtus enixa, atque vbere lactans,
Inualidique ſenes, turba impubiſque iuuentæ,
Quique trahunt fractos artus, exhauſtaque membra.
At quibus eſt florens ætas iuuenilibus annis,
(Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima licet fugiat, ſubeant morbique feroces,
Et labor, & duræ terat inclementia mortis)
His premere, vt laxas miſeris dare nouit habenas:
Quas ex more dapes auido ſunt vellere ſueti
Dente, negat prohibetque parens, ſtudioſa ſalutis:
Vi cera toſta bouis, vel apri, pinguemque ferinam,
Carnis & omne genus, nec fas e[illegible] veſci [illegible]ouis *
Latranti ſtomacho, rabidumque in ventre gerenti
Triſte lupum ſtabulis, dum n[illegible]dere mira cupido eſt,
Donec ademptafames, & amor compreſſus edendi.

Coricij

Coricij hos meminiſſe iuuet. cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho,
Regum æquabat opes animis: ſeraque reuertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.
Nam rarum huic erat in dumis olus, albaque circùm
Lilia, verbenaſque premens, veſcumque papauer,
Vncta tamen pingui remouebat oluſcula lardo.
Hunc imitare ſenem pubes, cui viuida virtus,
Stetque animo numquam ieiuni infringere leges
Maternas, pulchrumque mori ſuccurrat in huius
Virtutis ſtudio, ſic non vulgaria temnes.

* *Hoc intelligendum eſt non quouis die ieiunij, ſed tantùm in Quadrageſima, quo tempore vſus ouorum in diem Paſchæ, prohibetur.*

IV. *Præceptum*. PECCATA TVA SACERDOTI PROPRIO, &c. SINGVLIS ANNIS CONFITETOR.

a Mollia frena dolor contuſi pectoris, atque
Annua patratæ confeſſio labis in aurem
Paſtoris proprij, ſuggeſtæ cordis ab imo.
Ac, ne fortè tuo ſcelerum fera monſtra Cupento,
Pandere detrectes, ne ſic des obuia ferro
Pectora candenti, quem ſæua incendia terrent,
Ne libertati pudor obſtet dira fatendi,
Eſt tibi ſorte datum, ſolio te ſiſtere fido,
Paſtorumque vices ſupplentûm deligis aurem;
Hoc etenim eſt ſonti indultum fas, iure recepto.
Quis precor, hoc freno, ſpumas aget ore cruentas?
Crebriùs hoc vtinam iubeat nos ſtringere loro:
Conſilij id verò: ſemel at commiſſa quotannis
Eluere, imperio diuum monituque tenemur.
Alter ab vndecimo cùm iam nos ceperit annus, b
Et datur à terra fragiles contingere ramos.
Ni facias, mens ſit grauiori vulneris ictu
Saucia, quam nullis medicanda potentibus herbis.

Digitized by Google

a *Dulce frenum confeſſio, ſenſualitati refrenanda commodum, quo à peccando abducatur.*

b *Si peccati mortalis culpa teneatur, prout etiam inferiori ætate, grauioris peccati conſcij eſſe poſſumus teſte S. Greg. in ſuis Dialogis.*

Docet hic Muſa Maronis, quòd Confeſſio nos grauiori peccatorum pondere exoneret.

Nunquam oleo tardi cuſtos agitator aſelli,
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens
Incuſum, aut atræ maſſam picis vrbe reportat,
Quin pecus exoneret quandoque labore remiſſo,
Pluribus horarum ſpatiis: nam teſte poëta
Quod caret alterna requie, durabile non eſt.
Num mora, num requies grauiori crimine preſſo?
Quid iuuat hunc magnos, voluẽdis menſibus, orbes,
Tantorum ſcelerum nequidquam mole grauari?
Exonerare miſer, feſſo tibi dulce leuamen,
Si lubet, in promptu eſt, ſupereſt commiſſa fateri:
Inde ego, ſi placitum, ſatura ad præſepia ducam.
 Ne campum horrentem fractis inuertere glebis *
Sit graue, diſcutiam latebras animique receſſus.

* *Ne cui difficile ſit conſcientiam examinare, huic ſuam ſacerdos opem in peccatis eruendis pollicetur.*

V. *Præceptum*. SACROSANCTAM EVCHARISTIAM, VT MINIMVM SEMEL IN ANNO, IDQVE CIRCA FESTVM PASCHÆ, SVMITO.

MVSA. Paſchæ Solis equi reuehunt ſacra feſta quadrigis,
Ipſa Dei ſoboles ſanctas ſe ſiſtit ad aras,
Stans populum inuitat, templiſque indicit honorẽ,
Vultque ſui inter ſe læti conuiuia curent,
Dum multo in primis hilaret noua fercula Baccho, a
Vina nouum fundens pateris cæleſtia nectar,
Munera, lætitiamque Dei. tum hæc omnia gratis:
Nam pretiũ in pretio haud illi, dat ſingula inempta.
 b En domus interior regali ſplendida luxu

Inſtruitur, mediiſque patent conuiuia templis;
Arte laboratæ veſtes, oſtroque ſuperbo,
Ingens argentum eſt ariis, cælataque in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum.
Conueniunt plures, iuſſi diſcumbere pictis
Flore toris vario, redolentibus vndique ſertis.
Dant manibus famuli lymphas, Cereremq́; caniſtris c
Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis.

a *Deſignatur hic Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, prout in re diuina ſumitur.*
b *Menſa communionis cœnæ magnæ deſtinatur.*
c *Dant famuli lymphas in Miſſæ ſacrificio.*

CAPVT IV.

De Sacramentis.

Quot ſunt Sacramenta? — *DVCTOR.*

MVSA.

SEptuplici vt rerum genere inſtaurata fouetur †
Vita hominum in terris, ſic quæ mortalibus vna eſt — † *D. Thom.*
Viſa ſalus animi, ſeptem ſibi iure repoſcit — *3. parte, qu.*
Myſtica dona ſacris adytis, quæ ſaucia curant — *65. art. 1.*
Pectora: ſit fidei magno pro teſte vetuſtas.
Ne medicas adhibere manus ad vulnera Paſtor
Abneget, & meliora Deum grauet, omina poſcens:
Hunc nam fata virum ſeruant, & veſcitur aura
Ætheria, ac numquam crudelibus occubat vmbris,
(Sit vitiis cooperta licet mens, proxima letho)
Si modò multa gemens, iſto ſe proluat hauſtu
Impiger, hæc animi medicinæ pocula ſumat.
Non via mortis erit, quantumuis ignea venis
Omnibus acta ſitis miſeros exuſſerit artus:
Non vituli in morem, lætis morietur in herbis,
Haudque animam dulcem plena ad præſepia reddet.
Hæc contrà exitio ipſa lupis, furiiſque reſecti a
Ardebunt, ipſiqúe ſuos iam morte ſub ægra,
(Sors meliora piis, ardoremque hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabunt dentibus artus.

Digitized by Google

Non vmbræ altorum nemorū, non cælica poſſunt b
Prata mouere animum; non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera; atque oculos ſtupor vrget inerteis,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.

a *Deſignantur per lupos hæreſiarchæ, qui Sacramenta Eccleſiæ contemnunt atque repudiant.*

b *Hæc allegoricè intelligenda ſunt de refrigeriis ouium Chriſti, quibus hæretici, prout de numero iſtarum ouium non ſunt, verùm lupi rapaces, iuſto Dei iudicio, omnino deſtituuntur.*

DVCTOR. ***Quæ ſunt illa ſeptem ad vitam temporalem neceſſaria?***

MVSA. Septeni auxilij naturæ hic voluitur ordo:
Naſcimur. In primis, ortu ſub luminis edimur auras.
Confirmamur. Carnea at hæc moles triſti vix eruta partu
Prodiit in lucem, ſubito quin corporis orſum
Vndique firmari collectis viribus optet,
Creſcere, & augeri, donec certa oſſa lacertoſque
Induat, & magnos membrorum exerceat artus.
Nutrimur. Corpus vt inde ſuis valeat conſiſtere neruis,
Eſt adimenda fames dapibus, ſimul ora riganda
Spumantis Bacchi patera, ni fortè per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo,
Sit ſitienti ori ſatius, vel ſic ferat vſus.
Egemus medicina. Et quoniam morbo, cæli miſeranda frequenter
Tempeſtas oritur, vaſtans latè omnia circum;
Nec tam creber agens hiemem ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum peſtes, hominumq; repentè
Corpora corripiunt, totamque ab origine gentem.
Quæritur hinc Phœbo ante alios dilectus Iapis,
Qui medici in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Intrepidus tentet cuinam ſuccurrat anhelo.
Reſtauramur. Nec ſatis eſt medicis, morborum excludere cauſſas,
Subſidiis fractas ni morbi turbine vires
Relliquiis pulſis inſtaures, robora firmans.

Quo

* Quo magis exhauſtæ vires, hoc acriùs omnes
Incumbunt generis lapſi ſarcire ruinas.
Iam noſtræ duplex manet inſtauratio gentis:
Perſonat vna fori leges, humanaque iura;
Aſtrææque Polique domos pars altera pandit.

* *Ad Reipublicæ Chriſtianæ reſtaurationem neceſſum eſt foueri vtrumq; ſtatum tam ſæcularem, quàm Ecleſiaſticum.*

Apoſtrophe ad Chriſti Ecclesiam.

Chriſticolûm alma parens, fidei ſubnixa columnis,
Connubio vt iuncta es ſtabili, Chriſtoque dicata,
Huic vtrique foro generans, age, ſuffice prolem.
Ipſis præcipuos ductoribus addere honores,
Fac tibi ſit curæ, vitamque fouere peritûm,
Qui reliquis præſint; tam qui ciuilia tractant,
(Vnde vmbrata gerunt ciuili tempora quercu)
Iura reuoluentes, quàm qui cæleſtia, iuſſu
Numinis æterni ſubſellia munere complent.

Applicatio iſtorum ſeptem ad Eccleſiæ Sacramẽta.

Nunc ſeptem hæc quadrare animis, aduerte, docebo. *MVSA.*

Primum Sacramentum, eſt Baptiſmus.

In primis, animo ſua ſunt exordia vitæ,
Perfuſi at ſalſæ luſtrali aſperginis vnda,
Ceu modò progeniti vitales carpimus auras;
Mensque Adæ labis grauiori pondere preſſa,
Morte ſepulta priùs, triſti reuocatur ab Orco,
Iuſtitiæ ac radiis luſtrata renaſcitur inſons.
Nam ſimul ac corpus, ſacro ad precordia lapſu,
Vis libat cæleſtis aquæ, vetus interit vmbra,
Et noua lux oritur, qualis cùm fumida nubes
Tollitur ætherias olim ſublimis in auras,
Solis inardeſcit primò fulgoribus; inde
Fumum abigens, lucem induitur, lateque coruſcat;
Denique fit flammis radiantibus, æmula Solis.

Secundum, eſt Confirmatio.

Igneus inde vigor diuini flaminis intus
Robore confirmat vires animoſque miniſtrat,
Vincere queis valeas, aut forti occumbere letho.
Non opus eſt ſilicis ſcintillam excudat Achates,
Suſcipiatque ignem foliis, atque arida circùm
Nutrimenta ferat, rapiatque in fomite flammam:
Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur, exuperant flammæ, furit æſtus ad auras.
Pectoris intenti cæleſtis flamina vitæ
Captandi ſtudio. velut intendêre ſodales,
Chriſti olim duodena cohors, accenſaque curis
Pectora, vt amiſſo proles orbata parente:
Bis quinos ſiluere dies, ſtant limine clauſo,
Orantque vnanimes, Domini ac promiſſa repoſcunt;
Cùm ſubitò tonuere poli, magnoque moueri
Viſa, velut quondam venientis turbine venti
Ardua tectorum, & ſedes terrore repleri:
Dum metuũt, magis atq; magis cælum intonat ingẽs.
Multiplici flamma: radiis tum lingua coruſcis
Crebra, niuis ritu, ſcintillas diſſipat ignis.
Ilicet obſtupuere animis, promiſſaque dona
Summiſſi agnoſcunt, nec tam demiſſa ſalutant
Signa polo clamore alacri, quàm feruida muto
Vota metu duplicant: non ſeciùs æthere mugit,
Labunturque alto flammantia vellera cælo;
Hoc magis auditi ſonitus, dum fulgure multo
Ordine partito, tactuque innoxia molli
Ignea lingua micans cunctorum in vertice ſedit:
Ardet apex capiti: tum ſanctus pectora complet
Spiritus, & lene aſpirans complectitur auras
Ætheria ſenſus: & mentibus implicat ignem.
 Hæc ineunda via eſt nobis, hoc æquor arandum,
Aurai vt flatu liceat gaudere ſecundo.

Tertium, eſt Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum.

Victu animæ conſtat viuenti accreſcere robur,

Auge-

Augerique intus vires ad fortia: ſed quæ
Nutrimenta viros animis audacibus implent?
Queis meliora dari nequeant de frugibus alti
Numinis humano generi pro munere diuûm.
O Pater, immenſa ô pietas, Deus optime, quali
Inſtauras animas victu? quàm lauta palato
Vina dediſſe iuuat noſtro, quibus Orgia ſacri
Sobria Lenæi celebremus, more parentum?
Viuit enim tua Sponſa vigens, tua pignora Chriſte,
Et corpus complexa tuum, complexa cruorem,
Diuinæ complexa dapes & pocula menſæ,
Munera Chriſte tua, & ſæui monumenta doloris.
Thuricremis ſed enim cùm dona imponimus aris,
Exiguam Cererem mutari in corporis artus
Credimus immenſi: ſed & hoc, mirabile dictu,
(Parce mouere fidem) latices ſplendeſcere ſacros,
Et viſa in roſeum ſe vertere vina cruorem.

De fructu huius magni Sacramenti.

Quas animo flammas, quos oſſibus implicat ignes,
Nate Patris ſummi, mea magna potentia, vires,
Ampla tuæ virtus cœnæ, roſeique cruoris,
Cæleſtes inter menſas, laticemque Lyæum?
Quis neget hoc victu reuocari in prælia vires?
Æratasque acies infringi triſtis Auerni?
Ingenteisque hauriri animos, dum cæde cruenta
Vis inimica furit, dum ferro tollitur inſons?
Dic, age, quæ rerum facies? mutatio quanta
Rettulit in melius? Quænam correctio morum,
Hæc vbi ſacra vigent, huiuſque eſt crebrior vſus
Fecundi calicis? Vos ô quibus integer æui
Sanguis agit, ſolidæque ſuo ſunt robore vires,
Dicere ne pigeat, quem non fecere diſertum
Diuini hi latices, magno pietatis amore
Accenſum? heu quid adhuc noſtro ſordere palato
Delicias Domini patimur, ſuper æthere notas!
O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca!
Quos violare manu, maliſque audacibus orbem
Mutatæ Cereris diuini in corporis artus,

Digitized by Google

Proque ſacris epulis, pomis agreſtibus vti,
Compulit impietas, fideique obliuio auitæ.
Væ ſimul immundo quos pectore vertere morſus *b*
In genus hoc frugum, penuria adegit edendi.
Væ fidis etiam infidis, quos legibus actos, *c*
Vi cogi fas eſt, menſis accumbere diuûm.
Hos meminiſſe velim, ſe veros eſſe Latinos,
Chriſtiadûm gentem, haud vinclo, nec legibus æquis,
Sponte ſua, æternique Dei ſe more tenentem.
Conſumptis Troas epulis, vt vertere morſus
Exiguam in Cererem ſuprema coëgit egeſtas,
Fatali cruſto, patulis nec parcere quadris:
Heus, etiam menſas conſumimus, inquit Iulus,
Nec plura alludens: ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac ſtupefactus Numine preſſit:
Continuò ſalue, fatis mihi debita tellus,
Voſque, ait, ô fidi Troiæ ſaluete penates:
Hic domus, hæc patria eſt, Genitor mihi talia namq;
(Nunc repeto) Anchiſes fatorum arcana reliquit:
Cùm te, nate, fames, ignota ad littora vectum,
Acciſis coget dapibus conſumere menſas,
Tum ſperare domos defeſſus, ibique memento,
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
Falleris Ænea, vehementer falleris hoſpes:
Non erat illa fames, quæ te ſuprema manebat,
Exitiis poſitura modum; ſed adorea liba,
Chriſtiadûm iam nota ſacris, fuſique cruoris
Larga fluenta Agni, finem aduectura laborum,
Sancta Dei monimenta docent. Pudor ergo ſit ingens
Ac tibi grande nefas, melioribus edita fatis
Gens, magni Superûm iuſſu cogente parentis
Imperioque adigi, tantæ hæc ad fercula menſæ
Vis facienda tibi non ſit, quin ſponte feraris:
Condimenta tibi ſegnem iritantia guſtum,
Sint pietas, & cana fides, & feruor amoris:
Nam ſapor indicium faciet manifeſtus, & ora
Dulcia tentantûm, ſenſu mulcebit amico,
Deliciiſque ſimul domini ſatiabere opimis,

Incipieſque mero donis pariterque moueri,
Et magnum veri implebis Genitoris amorem.

a. *Primò deſignantur hæretici, qui ſacroſanctum hoc Sacramentum ſacrilegis manibus profanoq; ore & corde violant.*

b. *Secundi generis ſunt illi, qui ex neceſſitate, ac metu mortis dumtaxat communicant.*

c. *Notantur frigidi Catholici, qui niſi lege tenerentur, vix ſemel in anno ad ſanctam hanc menſam accederent.*

Quartum, eſt Pœnitentiæ Sacramentum.

Num medicina animæ deerit mortalibus ægris?
Ergone, Chriſte, graui languebunt pectora morbo,
Contuſaſque animas, nec res miſerabere fractas?
Si Venus indigno nati concuſſa dolore,
Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo (non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæſere ſagittæ)
Si Venus hoc denſo faciem circumdata nimbo
Detulit: hoc fuſcum labris ſplendentibus amnem
Inficit, occultè medicans, ſpargitque ſalubres
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam:
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, ſubitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis ſtetit imo vulnere ſanguis,
Iamque ſecuta manum, nullo cogente, ſagitta
Excidit, atque nouæ rediere in prælia vires.
Quid par eſt potuiſſe patrem de Numine cretum?
Quid voluiſſe ſimul curando ſaucia mentis
Vulnera natorum? Medicæ non author Apollo
Huius haberi artis præſumat: fortibus herbis
Nulla viam natura dedit; aſt vnus Ieſus
Morborum omne genus, penituſque patentia curat
Vulnera dilectæ ſobolis: ſcelus omne fateri
Interea ſontes voluit, tum pectora palmis
Tundere, & ingentem gemitum dare cordis ab imo,
Sic tandem vinclis laxari, claue miniſtra,

Quam Deus inſtituit remouendi funeris ergò.
Proſtratæ mentis, lethali vulneris ictu.

De tribus partibus pœnitentiæ, videlicet contritione, confeſſione, & ſatisfactione, quæ variis agreſtibus inſtrumentis aſſimilantur, quibus ſilueſcentem mentis agrum excolimus.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram.
Inſtituit, cùm iam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſiluæ, & victum Dodona negaret.
Ni tamen aſſiduis terram inſectab re raſtris,
Falce premes vmbras, votiſque vocaueris imbrem;
Heu magnum alterius fruſtra expectabis aceruum,
Concuſſaque famem in ſiluis ſolabere quercu.
Sic animi eſt terræ labor additus, vt mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſque horreret in aruis
Carduus: intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſilua,
Lappæque tribuliſque, interque nitentia culta
Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.
Hinc ſua ſunt animo, vt donis agreſtibus, arma,
Vomis, & inflexi primùm graue robur aratri,
Tardaque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra,
* Tribulaque traheæque, & iniquo pondere raſtri,
Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex,
Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi.
Hæc tibi confeſſo tres partes arma miniſtrant;
Multa vbi præſertim Vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant: ferit æthera clamor,
Tunderis, & domito perſentis pectore curas;
Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra,
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit: at illa
Contritio. Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet,
Imbre madens. Verũ lacrymæ haud voluũtur inanes,
Confeſſio. Mens immota bono manet: & commiſſa luiſſe
Corde ſedet, donec ſit fæx euicta dolore

Maio-

Digitized by Google

Maiorum ſcelerum, quæ non piget inde fateri; Satisfactio.
Sic vt ſera licet ſanctiſſima vita ſequatur,
Sic vt commiſſis tenebroſa in Tartara miſſis,
Clara polo remeans, terras Aſtræa reuiſat,
Priſtina virtutis diuorum exempla reducens.

* *Per tribulas, trahas, raſtra dentibus armata, quibus terra pungitur & conteritur, inſinuandam duxi cordis noſtri compunctionem, vt eſt prima pars pœnitentiæ. Per aratrum vero, & vomerem, quo terra aperitur, euertitur, & quaſi euomitur, confeſſionem ipſam, quæ eſt ſecunda pars eiuſdē Sacramenti, non incongruè intelligendam putaui, quatenus ipſa confeſſione noſtram conſcientiam Chriſti vicario aperimus, & ſordes animi eruimus. Per myſticam denique vannum, qua purgatur frumentum, & à palea ſecernitur, vti etiam per tarda Eleuſinæ matris voluentia plauſtra, quibus ſeges in horreum inuehitur, ſatisfactionem intellige, qua mouemur ad faciendos fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3.

Quintum Sacramentum, quod eſt, Extremæ vnctionis.

Sed Chriſti pietas animum lenire dolentem
Solando cupiens, precibuſque auertere curas,
Multa gemens, magnoque animum labefacta dolore,
Hiſce aliud menti auxilium (quando vltima vitæ
Stamina Parca trahit, dum vis inimica propinquat)
Addidit, hoc ſtatuens, vt pura in veſte ſacerdos,
Prodiret, ſacroque ferens crateras oliuo,
Tangeret infirmum, fuſis ad ſidera votis,
Relliquias noxæ vt tollat, ſic vita, ſaluſque,
Languentique nouæ redeant in priſtina vires.

De duplici remedio Sacramentorum ad conſeruandam Rempublicam Chriſtianam.

Nunc verò generis lapſi reparanda ruina
Eſt gemina; his medicina duplex conceſſa ſaluti.

Digitized by Google

Sextum Sacramentum, eſt Matrimonium.

Hinc, ne furtiuûm quiſquam meditetur amorem,
Coniugium vocet, hoc prætexat nomine culpam;
Latiùs hocce malum ne ſerpat, Numina diuûm,
Connubio ſtabili ſocialia fœdera lecti,
Solenni ritu firmari lege dederunt:
Ad delubra iuuet ſolennes ducere pompas.
Cumque Deo ſoli ſint vincla iugalia curæ,
Iunone excluſa, Phœboque, Erebique Lyæo,
Legifera, vtq; vocant, Cerere, ac nigrantibus vmbris,
Nos vni Chriſto meritos adolemus honores,
Inſtaurando diem donis, ad Numinis aras.

Septimum Sacramentum, eſt ſacrorum Ordinum, quod eſt alterum ſubſidium, ad conſeruandam in ſuo ſtatu Eccleſiam.

Ordinibus ſacris meritò indicuntur honores
Præcipui: quippe his domus inclinata recumbit
Myſtica Chriſtiadûm. Lapſi ſarcire ruinas* ** Ordinis effectus.*
Myſtarum generis, populataque templa miniſtris
Eſt his ſorte datum, ac plena inſtaurare poteſtas.
Sacrificûm genus omne creant, qui Numina placent.
Hi ſtantes, pateris cumulant cæleſtibus aras,
Sanguinei & calicem laticis, Cerealiaque arma
Expediunt ſanctis adytis, frugeſque ſacratas.
Quid quòd & Ordo ſacer nobis ad fortia vires
Suggerat, interiora mouens ſpirante ſecundo
Numinis æterni Zephyro, quem munere confert?
Pleno at conſeſſu, quiſnam præſtantior alter
Ore ciere viros, Marteṁque accendere verbo,
Ordine quàm fretus reſerans pius ora ſacerdos?
Ordinibus miſſis, quis debita iura parenti,
Sacra referre Deo valeat, fumantibus aris?
Lanea quid niuea circumdatur infula vitta?
Inde, neque impoſitis ardent altaria fibris,
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere Vates;
Nequidquam ſupplex aris imponit honorem

Vana

Vana ſuperſtitio, nimis eſt inimica Tonanti.
Sic ementito qui ſe feret Ordine Myſtam,
Cùm dare verba parat, Superis ſacra ficta litando,
Non impunè feret: verùm pro talibus auſis
Sentiet haud ſimili pœna commiſſa luiſſe,
Inſinuans cunctis ſcelus expendiſſe merentem.

CAPVT V.

De primo officio Iuſtitiæ Chriſtianæ, quod in eo conſiſtit, vt à malo declinemus.

Quot ſunt officia Iuſtitiæ Chriſtianæ? DVCTOR.

DIſcite Iuſtitiam moniti, & non temere Numen: MVSA.
Hoc duplici genere officij in ſublime feramur;
Hac reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras,
Si labor eſt, contrà facilis deſcenſus Auerni,
Difficili Hyblæum, at facili miſcetur amarum,
Proque graui triſtique iugo, leue, dulce reportas.

Poteſtne homo cauere peccatum, & bonum facere, ſeu præſtare iuſtitiam? DVCTOR.

Non opis id noſtræ vi propria, at auſpice Chriſto, MVSA.
Quē tu orbē precor hunc cernes, quæ ſurgere regna
Subſidio tali? Chriſti comitantibus armis,
Bellica ſe quantis attollet gloria rebus?
Maxime Chriſtiadum Ductor, te ſoſpite nunquam
Res animi noſtri victas, aut regna fatebor.
Nobis ad belli auxilium, pro Numine diuûm
Exiguæ vires: hinc circumfundimur armis,
Hinc furor exagitat, ſuntque intus mille timores:
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis
Iungere caſtra paro: quam fors inopina ſalutem
Oſtentat fatis, huc te poſcentibus affers.
His ſi te pateris ductorem millibus addi,
Res ſalua eſt, duce te, cæli domi nabimur aſtris.

Gens inimica tibi Lethæum nauigat æquor,
Effice nam potis es, ne noſtris applicet oris,
Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes.

Quotuplex eſt peccatum?

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ,
Quas & Tartaream Nox intempeſta Megæram.
Vno eodemque tulit partu, paribuſque reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.
Peccatum originale. Humanæ hinc duplex labis genus eſſe reſoluo;
Vnum quod noſtra prima eſt ab origine ductum,
Humani generis primi offendere parentes,
Cùm vetitos hauſere cibos: ſed triſte venenum
Neſcia poſteritas alienæ obnoxia culpæ,
Imbibit, & patrum referunt contagia nati.
Hinc ea prima mali labes, hinc improba peſtis
Inſedit venis, & tabo plurima fluxit,
Inficiens homines: hinc illætabile vulnus
Inflictum eſt animo, cui non vis vlla mederi
Non ars vlla hominum poſſit: ſed fomite gliſcit,
Mortifer attactus, deſcendit corpore toto
Serpentis furiale malum, vireſque latentes
Senſibus inſinuat tacitis, & creſcit eundo,
Labis ab euentu trahit hoc ab origine nomen.

De ſecundo genere peccati, quod eſt actuale.

Quotuplex eſt peccatum actuale?

Peccatum actuale duplex Infauſto hæc partu binos alit vbere fœtus:
Eſt etenim infelix lethali crimine mater,
Quinta, ni fallor, Luna, cùm pallidus Orcus,
Peccatum mortale. Eumenideſque ſatæ, cùm partu Terra nefando,
Cæumque Iapetumque creat, ſæuumque Typhœa,
Et coniuratos cælum reſcindere fratres,
Qui ſunt conati ſupponere Pelion Oſſæ,
Scilicet atque Oſſæ frondoſum inuoluere Olympũ.
Peccatum veniale. Eſt alia huic ſoboles, culpæ venialis aceruus,
Quæ licet haud nobis reddat malè Numen amicum,
Sordibus hiſce tamen fœdatæ, à funere, mentes,
Mox exercentur pœnis, veterumque malorum

Sup-

Digitized by Google

Supplicia expendunt;aliis ſub gurgite vaſto
Inuectum eluitur ſcelus, his exuritur igni.

Quibus gradibus ad peccandum deducimur?

Pro Superumq; hominũq; fidem,* Mezentius alter,
Summus contemptor diuûm,crudelior illo,
Mortua qui quondam iungebat corpora viuis,
Componens manibuſque manus,atque oribus ora,
(Tormenti genus) & ſanie taboque fluentes,
Complexu in miſero,longa ſic morte necabat.
Durior hoc inquam,laxis ſe fundit habenis
Peccati rabies, miſcens latè omnia circum,
Dum miſeras mentes vitali lumine caſſas,
Corporibus viuis, lethali crimine, iungit.
Hunc hoſtem feſſi ciues cùm infanda furentem
Circumſtare volunt ſociorum elapſus in agros
Confugit, ac terni defenditur hoſpitis armis:
Huius enim partes,qui turpia ſuggerit,armat, *Suggeſtio.*
Pectoris humani Stygiis cùm flatibus auras
Inficit,immundo diffundens ore venena. *Delectatio.*
Se ſociam adiungit ſcelerum vitioſa Voluptas,
Feminea educens lunatis agmina peltis,
Queis velut ignis edax, ac mollis flamma medullas,
Interiora animi ne deuoret arte cauendum:
Nam Cytherea nouas artes, noua pectore verſat
Conſilia, vt faciem mutatus & ora Cupido,
Pro dulci Chriſto veniat,doniſque furentes
Incendat mentes, atque oſſibus implicet ignem.
Tertia procedit caſtris fera peſſima nutu, *Conſenſus.*
Præ reliquis,firmans tam diri ſceptra Tyranni:
Dirus enim aſſenſus quid non mortalia cogit
Pectora?
Ergo omnis furiis ſurgens audacia iuſtis
Regem ad ſupplicium præſenti Marte repoſcat,
Signaque ferre paret. Superûm ô delecta iuuentus.
Hos veterum,virtuſque virûm, quos iuſtus in hoſtẽ
Fert dolor,& merita accendit Rex impius ira,
Arma viri,ferte arma manu , ratio arma miniſtret;
Hoſtiles nam ſtare acies hoc cernimus alto,

Hic

Digitized by Google

Hîc ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpicimus ſocij, ac tenebras inſurgere campis,
Primus ab aduerſa conclamat mole Caicus;
Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros:
Hoſtis adeſt: aciem ſtruere, & nos credere campo,
Non modò conſultum: quæ ſit fortuna videmus:
Caſtra igitur, tutos ſeruemus & aggere muros.

* *Peccati rabies, magnus hic vocatur Tyrannus, cuius partes ſoient Suggeſtio, Delectatio, & Conſenſus.*

De ſeptem peccatis capitalibus.

DVCTOR. *Quot, quales, quanti Ductores agminis huius*
Se valli extulerint portis, edicito Calcha?

CALCHAS. Hæc ego bis ſcelerum caſtra explorator adiui,
Luſtrauique acies, arcanaque nota recludam:
Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt, ſcelerum tenear ne legibus vllis.
Præcipuus belli ductor, qui torquet habenas,
Luciferi iniuſto titulo, ſe nomine iactat,
Monſtrum etenim horrendum, ingens eſt, cui lumen ademptum:
Se regno empyreo excludi, fatalibus aruis,
Et ſua mortali tranſſcribi ſceptra colono
Impatiens animi, dirarum incendia miſcet.
Non ſatis in cælum primos acuiſſe furores,
Conſiliumque, omnemq; domum voluiſſe Tonantis
Vertere nequidquam: at genus hoc inuoluere noſtrũ
Exoptat pœnis Erebi: huc ſtudia omnia confert,
Conatuſque ſuos, iſtuc ſua fulmina belli
Dirigit in caſſum (vt ſpes eſt) dum fata reſiſtunt.
Non tamen audaci ceſſat fiducia victo:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro
Septenas acies, quas campo educit aperto:
Inde furens animis, dum irarum fluctuat æſtu,
Dentibus infrendens, truculento hæc intonat ore:
Chriſticolas pia fata iuuent? Auerſa Dei mens

Auxilium hiis ſolitum eripuit:non tela, nec ignes
Effugient noſtros; ipſi maria inuia Chriſto,
Nec ſpes vlla fugæ: rerum pars altera adempta eſt.
Terra autem in manibus noſtris, tot millia gentis
Hæreticæ arma ferunt. Nil me fatalia terrent:
Si qua illi pro ſe iactent reſponſa Tonantis,
Sat fatis Mariæque datum, tot mille ruinas
Reſtituiſſe poli regno: ſunt & mea contrà
Fata mihi, ferro ſceleratam exſcindere gentem
Catholicam abſque mora: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo:
Luce palam certum eſt igni circumdare muros;
Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga
Eſſe ferant, decimum quos diſtulit Hector in annum.
His animum arrecti dictis, prodire cohortes,
Et conferre manum, & procurrere longiùs audent:
Præcipuique Duces ſeptem in certamina rurſus
Deſcendunt, animaſque in aperta pericula mittunt;
It clamor totis, per propugnacula, muris.
Intendunt acres arcus, amentaque torquent:
Sternitur omne ſolum telis, tum ſcuta, cauæque
Dant ſonitum afflictu galeæ, pugna aſpera ſurgit:
Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humũ, quàm multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cùm Iuppiter horridus Auſtris
Torquet aquoſam hiemem, & cælo caua nubila rumpit.

Deſcribuntur hic ſeptem peccata capitalia, ſub nomine Ducum partis aduerſa.

Compoſitis tandem rebus, ceſſante tumultu,
Proſequitur Calchas ſermonẽ, hæcque addidit vltro:
Fando aliquid num fortè tuas peruenit ad aures,
Hoſce Duces ſeptem, neruos & robora partis
Aduerſæ? certò eſſe ſcias ſed & inclyta fama?
Conſiliis num fortè aliquod nomenque decuſque,
Egregiam aut laudem meruerunt fortibus auſis?

Digitized by Google

Vel poſſunt atauos, & auorum antiqua ſonare
Nomina, per Regeſque actum genus omne Latinos?
Dedecori quin ipſa ſibi ſua cedit origo.
Patre ſatos Vitio, ſcelerum ſe munere produnt:
Primi etenim eſt tentare viam, qua ſe, & ſua poſſit
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora,
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.
Sic tibi continuò vaſtis cum viribus effert
Ponitur exemplum ſuperbi iactabundiq; hominũ. Ora Dares, magnoque virum ſe murmure tollit;
Solus qui Paridem ſolitus contendere contra,
Idemque ad tumulũ, quo maximus occubat Hector
Victorem Buten immani corpore (qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat)
Perculit, & fulua moribundum extendit arena:
Deſignatur Superbia. Sic, inquam, tumido ore Dares ſe laudibus effert,
Oſtenditque humeros latos, alternaque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras,
Pectoris vt faſtus prodat, mentemque ſuperbam.
Auaritia. Sed male-ſuada fames, & habendi dira cupido,
Huic dat Auaritia infami ſit nomine dictus
Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes,
Clàm diro incautum qui ſuſtulit enſe Sichæum;
Vel, par Threicio, ſimili qui captus amore,
Fas omne abrumpens, Polydorũ obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames, ſtudiiſque aſperrima lucri?
Luxuria. Fœda lues Veneris genus altri ignobile confert,
Qui thalamum inuaſit natæ, vetitoſque Hymenæos,
Cui vaga luxuries depaſcit turpiter artus.
Vritur hac Dido infelix, totaque vagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum
Neſcius: illa fuga ſiluas, ſaltuſque peragrat
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.
Inuidia. Inuidia atquarto rumpantur vt ilia monſtro,
Inflati tumido ſe criminis vlcere torquet.
Senſerit hoc quondam Drances, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, ſtimuliſque agitabat amaris.

Mar-

Martem acuens quintus, quanta ſe ſuſcitat ira? *Ira.*
Queis agitur furiis? en toto ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis:
Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Seu, velut Alcidæ, quando furor iraque mentem
Præcipitant, frendetque horrendumq; intonat armis.
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipſe coruſcis
Cum fremit ilicibus, quantus gaudetque niuali
Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras.
Sextus edax rerũ, vt rapidus vorat æquore vortex. *Gula.*
Sic veteris Bacchi impletur, pinguiſque ferinæ,
Crateraſque meri ſumens, non impiger haurit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro:
Atque hominũ ex facie, vt dea ſæua potẽtibus herbis *Hanc metamorphoſin*
Circe olim, in vultus nos mutat, & ora ferarum. *quã nobis*
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum *adfert &*
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum; *crapula,*
Setigeriq́ue ſues, atque in præſepibus vrſi *prout eſt videre in ho-*
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum. *minibus*
Qualis erat, quantuſque cauo Polyphemus in antro: *vino ſepul-*
Qui ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus, *tis.*
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitque per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commiſta mero, mox vndique circum
Funditur, & telo lumen terebratur acuto
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.
Denique poſtremus pecora inter inertià poni *Acedia.*
Cenſetur meruiſſe manu; haud conceditur vltrà;
Hinc aptum meritis ipſi dat Inertia nomen:
Hunc etenim ignauum numquam lux excitat alma,
Nec matutini volucrum ſub culmine cantus,
Stertere iam ſuetum, roſeis Aurora quadrigis
Dum medium ætherio curſu traiecerit axem.
Hoc duce, ſæpè quibus mandauimus hordea ſulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ,

Pro-

Digitized by Google

Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo;
Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Hoc monſtro Hyrtacides fretus, ſimul enſe ſuperbũ
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore ſomnum,
Rex idem, & Regi Turno gratiſſimus augur:
Sed non augurio potuit depellerę peſtem.
Treis iuxta famulos temere inter tela iacentes
Armigerumque Rhemi premit, aurigamque ſub ipſis
Nactus equis, ferroque ſecat pendentia colla.
Tum caput ipſi aufert domino, truncumq; relinquit
Sanguine ſingultantem. atro tepefacta cruore
Terra toriq; madēt: nec non Lamyrumq; Lamumq;,
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie, multoque iacebat
Membra mero victus. felix ſi protinus illum
Æquaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet.

DVCTOR. *Ergone ſit noſtris hoſtis congreſſibus impar?*

MVSA. Maximus eſt nobis ductor, celeberrimus armis,
Marte potens: ſolus ſteterit mille agmina contra,
Armiger ætherius ſuperarit mille Camillas;
Ardet apex capiti, criſtiſque ac vertice flamma
Funditur, & vaſtos vmbo vomit aureus ignes;
Non ſecùs ac liquida ſi quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille ſitim, morboſque ferens mortalibus ægris
Naſcitur, & læuo contriſtat lumine cælum.
Iſtius intuitu, puer eſt fortiſſimus Hector:
Eſt puer Ægeon, centum cui brachia dicunt,
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribuſque arſiſſe, Iouis cùm fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes,
Aligerûm acceſſere acies, tot fulmina belli:
Denique ſubſidio nobis ſunt mille phalanges,
Chriſtigenûm vis, floſque virûm, delecta iuuentus.
Viribus interea tantis, victoria inerti
Eſt nulli parienda manu, ſed fortibus auſis.

Digitized by Google

Triſtis ibi infauſto committitur omine pugna,
Robora vbi multa, ac pedibus timor addidit alas:
Sic vbi gens eſt orba metu, cuſtodia noctem
Inſomnem ludo ducit, fuſique per herbam
Purpurei criſtis iuuenes, auroque coruſci,
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Marte potens etiam nimium ſi ſpreuerit hoſtem,
Antè cadet, clauſo redeat quàm veſper Olympo.
Hinc opus vt vigilum excubiæ, diſcrimina ab arce
Propulſent, nec non trepidi formidine portas
Explorent, pontesque, & propugnacula iungant,
Tela gerant: inſtent Timor acer, Amorq; Tonantis:
Quos Pater omnipotēs (ſi quando aduerſa vocarēt)
Rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſtros.
Omnis per muros legio ſortita periclûm
Excubet, inde vices variet, quod cuique tuendum eſt.
Sin pugnā, aut aliquid iam dudum inuadere magnū
Mens agitet, placida nec ſit contenta quiete,
Sitque animus cuiquam lucis contemptor, & iſtum
Qui vita bene credat emi, quo tendit, honorem;
Septem virtutum auerſas concurrere turmas,
Oppoſitis Ducibus vitiorum, arrecta cupido
O vtinam faceret: ruerent nam in bella paratæ.

De ſeptem virtutibus vitiis capitalibus oppoſitis.

Audiit hæc virtus cui dat ſummiſſio nomen, *Humilitas.*
Obſequiumque lubens (laudum licet ipſa timore
Sit perculſa graui) ſtudio ſupera alta petendi,
Vltro offert. Sociam ſummis ſe adiungere rebus, *Largitas.*
Ampla datrix rerum ardebat, cui munera curæ.
Hunc Deus ardorem reliquarum mentibus addit,
Quæ ſpumantis equi fodiunt calcaribus armos;
Quadrupedāte putrem ſonitu quatit vngula campū.
Caſta pudicitiæ cultrix, niueique pudoris, *Caſtitas.*
Et victu tenui ac moderato ſplendida cultu *Temperātia.*
Virtutis ratio graditur, ſequiturque ſororem *Benignitas.*
Paſſibus hanc æquis properat manſueta virago,

Quo

Quò moritura volens Superûm ſe limine ſiſtat.
Patientia. Accelerat pariter gaudens Patientia duris.
Sedula at his Pietas comitem ſe iungit in armis,
Deuotio, ſeu ſedula pietas. Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
Bellatrix, non illa colo, calathiſúe Mineruæ
Femineas aſſueta manus, ſed prælia virgo
Dura pati, curſuque pedum præuertere ventos:
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas;
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agriſque effuſa iuuentus,
Turbaque miratur matrum, & proſpectat euntem,
Attonitis inhians animis: vt regius oſtro
Velet honos læueis humeros, vt fibula crinem
Auro internectat, Lyciam vt gerat ipſa pharetram,
Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum.
  His amor vnus ineſt vitiorum abſumere peſtes,
Antè tamen caſtis adolent altaria donis.
Ergo age, parce metu, certam ſperato ſalutem,
Dum Pietas, dum cana fides, inuictaque bello
Pectora decertant, expugnatura rebelles.

DVCTOR. *Num parienda quies, deuictis hoſtibus iſtis?*

MVSA. Sunt aliæ peſtes Erebi de faucibus ortæ,
Quæ blandum in Zephyrum diuini Numinis auræ,
Sex ſcelerum monſtris vario ſe nomine produnt.

De ſex peccatis in Spiritum ſanctum.

Primum. Præſumptio.

Iſta Dei nimiùm pietatis laxat habenas,
Iuſtitiæque premit plus iuſto, frena retractans,
Vtpote quam genuit generis fiducia noſtri:
Inditur hinc ipſi meritò Præſumptio nomen,
At nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis:
Sæpè hominum dulci mens hoc imbuta veneno,
Hæc ſecum reputat, veri ementita colorem:
Arboris in morem verſæ ſi viuere noſtrum eſt,

Digitized by Google

Arboribus variis varia eſt natura creandis:
Namque aliæ nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſua veniunt, campoſque & flumina latè
Curua tenent, vt molle ſiler, lentæque geniſtæ,
Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.
Nil radicis egent aliæ, ſummumque putator
Haud dubitat terræ referens, mandare cacumen:
Quin & caudicibus ſectis, mirabile dictu,
Truditur è ſicco radix oleagina ligno;
Et ſic alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatamque inſita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna.
Atqui oleaſter ego, trunco viuacis oliuæ
Inſertus, nequeam prolem ſperare ſalubrem?
Nullane ſiluarum preſſos propaginis arcus
Expectet, nec viua ſua plantaria terra?
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras,
Infæcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt;
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen hæc quoque ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſilueſtrem animum, nulloque labore,
In quaſcumque voles arteis, haud tarda ſequentur.
Nec non & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros.
Ergo quid multis opus eſt, cultuque frequenti?
* Ire procul curæ, ſequar vt bonus otia Daphnis.

** Fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt.*

Secundum Deſperatio.

Huic auerſa lues, cui Diffidentia nomen
Additur, hæc factis immanibus effera ſæuit.
Sanguineam voluens aciem, maculiſque trementes
Interfuſa genas, & pallida morte ferenda.
Non Deus omnipotēs adigit tot fulmine ad vmbras,
Pallentes Erebi Manes, noctemque profundam,
Quot dedit iſta graue quàm primū abrumpere vitā.
Ad cædem inſtigans; hunc ſe vt mucrone cruento
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem:
Iſtum, præcipitem ſe det de turribus altis,

In

In rupes aut ſaxa ruat, ſeu ſe obruat vndis,
Aut alio lethi genere his ſe exoluere curis
Expediat: dolus, an virtus quis in hoſte requirat?
Occinit haud ſurdis hoc auribus, ore nefando:
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Tertium. Agnitæ veritatis impugnatio.

Tertium at agmen agens, ſe his iungit dira Celæno,
Harpyiæque aliæ, quas horridus euomit Orcus.
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira Dei Stygiis ſeſe extulit vndis:
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies, vncæque manus, & pallida ſemper
Ora fame: ſed enim menſas liquere priores;
Hinc cùm deliciis, dapibuſque epulamur opimis,
Mox ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntque dapes, immundoque omnia fœdant
Contactu, tum vox tetrum dira inter odorem:
Quos genus hoc turpis monſtri, ac fœdiſſima ventris
Proluuies ſignet? Quos credam hac fæce notari?
Hæretica peſte infectos, quibus impia cordi
Sunt ſtudia, vt patriæ ſemper communis Erinnys.
Hi lautas veri menſas liquere volentes,
Vt ſpargant falſos veri ſub imagine ſenſus:
Sic atram ingluuiem dum fœdis ſordibus explent,
Vrget amara fames, nec amor ſedatur edendi:
Hinc cùm deliciis veri inſtauramur ad aras,
Mox ex diuerſo cæli, cæciſque e latebris,
Turba ſonans prædam pedibus circumuolat vncis,
Polluit ore dapes, commiſcens ſacra profanis,
Cui ſtudio eſt veri notas confundere voces.
O vtinam inuadant ſocij & noua prælia tentent,
Obſcœnas ferro pelagi fœdare volucres;
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo †
Accipiunt, celerique fuga ſub ſidera lapſæ,
Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt.

† *Formaliter enim hæretici eò pertinaciæ deuenerunt, vt*

cum

Digitized by Google

cùm vi argumentorum conuincuntur, nolint conuinci quòd falſi ſint: hinc ad effugia conuertuntur.

Quartum, Fraternæ charitatis inuidentia.

Infenſi numquam deerunt, quos gloria fratrum
Obliqua Inuidia ſtimulis agitabit amaris,
Cùm bene ſuccedit res illis cælica, Chriſtoque
Inde honor accreſcit, magnũ nomenque, decuſque.
Iſtius inuidiæ vis alta ſilentia cogit
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem.
Quarta dedit tales nobis fera bellua partus,
Quos ſecum armatos aduerſa in prælia ducit.

Quintum, Obſtinatio.

His quoque ſe iungunt duris quos cautibus horrens
Caucaſus effinxit, ſæuæ quibus vbera tigres
Hyrcanæ admorunt, nutriti hi lacte ferino,
Moribus, haud mirum, ſi ſint & corde ferinis.
Antè ſuo Cacum cæco detruſeris antro,
Incluſumque cauo ſaxo, atque inſueta rudentem
Deſuper Alcides telis premet, omniaque arma
Impendet, ramis vaſtiſque molaribus inſtans,
Quàm genus hoc hominum dura à ceruice leuare,
Inque viam monitu rectam deducere poſſis.

Sextum, Impœnitentia.

Vltima gens ſequitur, reliquis magis effera turmis,
Durum à ſtirpe genus, crudele, immite, ſuperbum.
Venatu inuigilant pueri, ſiluaſque fatigant:
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu,
Conuectare citi prædas, & viuere rapto:
Fas omne atque nefas immani abrumpere ferro;
Numinis æterni rationem ducere nullam,
Sacrilego ore loqui, terque impia fundere verba:
Sic vitam exigere, & nunquam meminiſſe Tonantis.
Quos vtinam ancipiti mentem formidine preſſos,
Cernere fas eſſet, cælumque ſubinde tueri!
Talibus adiutus quis non diffideret armis?

His inſtructa acies hoſtilis prælia tentet?
Fallitur hocce truci ſi expectet milite palmam.

De peccatis in cælum clamantibus.

CATECH. *Quis primam ante aciem digna atque indigna relatu*
Vociferans graditur? Num fandi fictor Vlyſſes?
Quò fremitus vocat? & ſublatus ad æthera clamor?

MVSA. It clamor cælo: murali concita numquam
Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus, quantos vox dira fragores
Suſcitat infandûm ſcelerum, quæ Iudicis alti
Vltricem expoſcunt dextram, fera Iudicis, inquam,
Supplicia in ſontes, ob læſam Numinis iram.
1. An non ipſe cruor dat vocem fuſus ad aras
Innocui Abelis, fraterna cæde perempti?
Sunt modò qui nati coram patre cernere lethum
Fecere, & patrios fœdarunt funere vultus.
Quot grauis ambitio, quot habendi dira cupido
Clàm ferro incautos ſuperauit? Sanguis inundans
Auribus inſonuit Chriſti. 2. Ferit æthera celſum
Impubis pueri, & viduatæ oppreſſio matris.
3. Fœda nimis Veneris Sodomitûm cognita terris
Proluuies, vbi non reboauit flebile carmen?
4. Quot ſunt fraudati iuſta mercede labores?
Tot reſonare ſcias altis plangoribus auras,
Terribili hocce tubæ ſonitu Ierichontina verti
Mænia poſſe neges? Quæ vis aduerſa reſiſtat?

De peccatis alienis, quæ ſunt numero nouem.

DVCTOR. *Quæ ſunt peccata aliena?*

MVSA. Ter tribus hiſce modis aliena labe tenemur:
Sunt ea tela nouem: non vllum dexterá fruſtra
Torſerit in ſocios, quin vulneris ingruat horror.

Primum, quod Impio conſilio committitur.

Conſilium haſta volans, clypei tranſuerberat æra

Mul-

Multorum, & thoraca ſimul cum pectore rumpit.
Annon Achitophel (ni ſors ſibi læua fuiſſet)
Haud mora, cæde truci Ieſſeia caſtra paraſſet
Fundere? Non tales animos tam certa tuliſſent
Pectora.

Secundum, fit Iuſſu.

Inſano verò iuſſu quid fæmina poſſit,
Quàm fera ſint ea tela viris, id Troïus heros
Sat didicit, tantum terris iactatus & alto,
Vi Superûm, ſæuæ memorem Iunonis ob iram.
Ac vt certa canam toti notiſſima mundo:
Quando olim fatis aperit Baptiſta futuris
Ora Dei iuſſu, nonnunquam credita ſæuo
Iſacidum Regi; imperio quid lubrica poſſit
Herodias, triſti teſtatur cuſpidis ictu,
Quo lux Chriſtigenæ, ſpes & fidiſſima gentis
Occubat, egregius diuino munere præco,
Exciſam vlteriùs renuens producere vitam.

Tertium, fit Aſſenſu.

At duri aſſenſus Sauli feriente procella,
Quæ non ſaxorum crepitans ruit horrida grando
In caput innocui? (Stephanum dixere priores.)
Inſignem hunc pietate virum, ſupera alta tuentem,
Saulus vt exercet manibus bis mille ſuorum
Corde necem ſitiens, violat quoque vulnere dextrã,
Opprimit & ſanctum truculento grandinis imbre.

Quartum, Iritatione.

Aſt alio teli iactu infeſtamur acerbo:
Sunt quibus id ſtudij, quibus hæc fert corde volũtas,
Virtutem verbis ſic exercere ſuperbis:
Tene virum? At qua voce feram? cui frigida bello
Dextera? Deſidiæ cordi? Tene vſque recentes
Conuectare iuuet prædas, & viuere rapto?
Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ:
O veræ Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta

Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum,
Tympana vos, luxuſque vocat Berecynthia matris
Idææ: ſinite arma viris, & cedite ferro.
Talibus ardeſcunt manſuetos ludere dictis,
Peius ad audendum Marte inſtigando feroci.

Quintum, Laudatione, ſeu adulatione.

His non viſa ſatis rabidos acuiſſe furores
Deſinat Improbitas? Stimulis haud mollibus iras
Incitat, & verſare dolos, arteſque Pelaſgas
Ingreſſa, illud agit, vitio vt det gloria laudem,
Ne tanta quiſquam pro ſpe tentare recuſet,
Quidquid fex ſcelerum prætendit dira patranti.

Sextum, Reticentia culpæ alienæ.

Sed quos perſenſit grauiori peſte teneri,
Abnegat hos prodi, cæcumque retexere crimen,
Non tamen (vt certum eſt) ne fœdo obſtare pudori
Fama queat, nomenq; bonum malè lubrica linguæ
Spicula tranſadigant, maneatque in pectore ferrum;
Aſt vt & omne nefas laxis dominetur habenis,
Vlteriuſque malum ſerpat, ſi impunè feratur.

Septimum, Conniuentia, ſeu indulgentia.

Indulgendo etiam ſcelcratûm exercita curis,
Qua potis eſt ratione, preces deſcendere in omnes
Nititur, vt iuſtas auertat Iudicis iras,
Quas hominum haud virtus, pietas nec mitiget ipſa,
Vixque Dei imperio, fatiſue infracta ſileſcit.
Vſque adeò ſine mente furit mens improba, ſemper
Conniuens, ſolemque pauens deprendere viſu:
Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſi quis ferro poſſit reſcindere ſummum
Vlceris os. Alitur virus viuitque tegendo.

Octauum, Praua facti alieni defenſione.

At ſcelerum nox atra caua circumuolat vmbra,
Infandûm ſuadens commiſſa nefanda tueri,
Affirmans nullum hocce nefas ſibi iure videri.

No-

Nonum, Rei alienæ participatione.

Surreptæne rei furtiuam admittere ſortem
Neſciat Improbitas, aliena fraude grauatur?
Vndique, prô ſocij, queis circumfundimur armis?
Mens mihi læua ſatis, propriæ vt ſuccumbere culpæ
Poſſe rear: procul hinc alienæ excedite peſtes:
Extera nox ſcelerum mihi ne dominetur, agendum.
Spiritus alme tuo, noſtros rogo Numine greſſus
Dirige, nutantes virtutum robore firmans.

De operibus carnis.

DVCTOR.

Quos cerno hic cuneos, caleſactaq; corda tumultu?*

* *Introducitur vtriuſque partis, videlicet virtutum ſpiritus, & vitiorum carnalium exercitus.*

MVSA.

En Superûm generoſa phalanx ſe in prælia mittit,
Virtutumque Duces, equitumque exercitus omnis,
Compoſiti numero in turmas, fremit æquore toto
Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis,
Huc obuerſus, & huc: tum latè ferreus haſtis
Horret ager, campique armis ſublimibus ardent.
† Cyprius hîc contrà ductor, leuis ora Cupido,
Et cum fratre ſoror Veneris damnoſa Voluptas,
Et male-ſuada fames, & amor furibundus habendi,
Tum leuis Ambitio, perfuſaque Gloria fuco,
Quas iungit ſocias inflatæ Elatio mentis,
Aduerſæ campo apparent, haſtaque reductis
Protendunt longè dextris, & ſpicula vibrant,
Aduentuſque virûm, fremituſque ardeſcit equorum:
Iamque intra iactum teli progreſſus vterque
Subſtiterat: ſubito erumpunt clamore, furenteſque
Exhortantur equos, fundunt ſimul vndique tela
Crebra, niuis ritu, cælumque obtexitur vmbra.
Continuò aduerſis caſtris Pudor, atque Cupido
Connixi incurrunt haſtis, primique ruinam
Dant ſonitu ingenti, præfractaque quadrupedantûm

† *Tria genera hoſtium, de quibus D. Ioannes: Quidquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.*

Pectora pectoribus rumpunt: excuſſus adulter,
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam diſpergit in auras;
Hunc belli euentum tunc attentare Pudori eſt
Fas, vbi ſe nullo iam curſu euadere pugna
Poſſe, neque inſtantem Cytheræum auertere cernit:
Virgo etenim æternum quæ virginitatis amorem
Intemerata colit, ſi non correpta fuiſſet
Militia tali, potiùs dare terga paraſſet;
Sumere at arma manu ter vis inimica coëgit.

Germani impatiens cædis ſcelerata Voluptas
Conſilio verſare dolos ingreſſa, Pudori
Incipit hæc: Quid tam egregium, ſi fæmina * forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri,
Iam noſces ventoſa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acrique incenſa dolore,
Siccine peſtis, ait, violari fraude Pudorem
Poſſe putes? dolus an virtus quis in hoſte requirat?
Ore tonas, ſemper cùm ſis mage fallere prompta;
Hinc procul i, verſare dolos, ſpolia ampla reportans,
Tuque, puerque tuus, mutatus vt ora Cupido.
Nil virtutis habet tecum decernere ferro,
Antè decus fuerit, vel me ſubducere pugnæ,
Præcipitando moras, vel certæ occumbere morti.
Degeneres animos timor arguit, haud amor ingens
Virginei floris, niuei decoriſque tuendi.
Tradere equum comiti, paribuſq; aſſiſtere in armis,
Enſe pedes nudo, puraque intemerata parma,
Congreſſura aliis auſim bis mille Camillis;
At tecum, æqua vetat ratio, quin nectier alas
Vult pedibus: viciſſe fuga ſtat corde voluntas.*
Hæc conſtans animo nobis ſententia ſurgit.
Vix ea: conuerſis fugiens aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat:
Sic virgo eripitur ſecuro Marte, periclo.

Extemplò turbatæ acies, verſique nocentes
Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:
Fortior inſequitur, turmaſque impellit in hoſtem.

* *Fortis equus, hoc loco, eſt fuga occaſionum peccati.*

* *Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam. Sic D. Auguſt. ſerm. 5c. de tempore.*

Iamque

Iamque propinquabant portis, rurſuſque fugaces
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt penituſque datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Spumeus, extremamque ſinu perfundit arenam;
Nunc rapidus retro, atque æſtu reuoluta reſorbens
Saxa, fugit, littuſque vado labente relinquit.
Bis iuſti ſontes egere ad mœnia verſos,
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes:
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia totas
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir;
Tum verò & gemitus morientũ, & ſanguine in alto,
Armaque, corporaque, & permiſti cæde virorum,
Semianimes voluuntur equi: pugna aſpera ſurgit.
Vana Superſtitio, cui cordi eſt falſa Deorum
Relligio (cæſa quæ quondam iungere porca
Fœdera conſueuerat, Stygiiſque inſtructa venenis,
Fatidicas vates armare in prælia gentis)
Cæditur: huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longè iacuit caput; hanc ſibi cædem
Ardor Iuſtitiæ (ne inſignis gloria facti
Preſſa foret) tribuit, cæleſti vindice Chriſto.
Cana fides verò, quæ magni eſt parma Tonantis,
Infandæ hæreſeos ſucciſo poplite Sectam
Excipit, ac dirum capulo tenus abdidit enſem
In tergum (Chriſtus vires animumque miniſtrat)
Diſſidia inde cadunt, Diſſenſio, & Æmula dextra:
Corruit Ebrietas; inuentum ſenſit Achillem
Is qui pampineis victor iuga flexit habenis
Liber, agens celſo Niſæ de vertice tigres.
Dum mediã huic ferro gemina inter tempora, frontẽ
Sobrietas, ſimul ac immani vulnere malas
Diuidit, ingenti concuſſa eſt pondere tellus;
Collapſos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
Huc caput atque illuc humero ex vtroque pependit.
Zelus vbi Veneris ſociam, impurique Lyæi
Proſtratam, atque dolum cedentem ex agmine vidit,
Turbatoſque duces, ſubitò ſpe feruidus ardet,

Incertus belli euentus, in genere præſertim caſtitatis: id quod appoſita ſimilitudine, ducta à fluxu maris atque refluxu, clariſſimè demonſtratur.

Poſcit equos, atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas,
Multa manu volitans dat fortia corpora letho,
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit haſtas.
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens emittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyroſque volant: gemit vltima pulſu
Thraca pedum: circumque atræ formidinis ora
Iræque, Inſidiæque Dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter prelia victor
Fumanteis ſudore quatit (miſerabile) cæſis
Hoſtibus inſultans: ſpargit rapida vngula rores
Sanguineos, miſtaque cruor calcatur arena.
Cyprida iamque neci dedit, & tria millia monſtra
Fœdorum ſcelerum, Stygiis torrenda caminis;
Quoſque auri rabies, & amor vexabat habendi,
Suſtulit hos omnes, & funere merſit acerbo.
Sternitur Ambitio, cui vanæ Gloria laudis
Additur, hinc reliquis ſoluuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.
Sed licet hoc fuſo belli ſunt robore vires
Agminis hoſtilis fractæ, pax nulla ſequetur;
Talia enim ore fremunt, contempto Numine, peſtes:
Cur ſpem non vltrà noſtris ponamus in armis?
Num tam deſerti ſumus? & ſemel agmine verſo
Funditus occidimus? neq; habet fortuna regreſſum?
Sunt & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioque vrbes variæ, populique ſuperſunt.
At parti Superum cum multo gloria venit
Sanguine, ſunt illis ſua funera, parque per omnes
Tempeſtas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variuſque labor mutabilis æui,
Rettulit in melius; multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.
Arma igitur renouent, eſto pax nulla ſequatur:
Turpis enim foret illa nimis. Vitiatane virtus

Semper hoſtis noſter ſperat ſe reportaturum de nobis victoriam.

Eſſe

Eſſe queat? Priùs arma petat; concurrere bello
Deligat, atque mori pulchrum ſuccurrat in armis:
Inuidiæ vſque decus ſuberit, vitiumque pudori.
Non erit auxilio decori pars maxima terræ?
Aſt erit ætherij Chriſtus Rex magnus Olympi:
Præſidiis Superûm tunc nos cingentibus, & quos
Tot populi miſere Duces; nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus aruis:
Exigui numero, ſed bello viuida virtus.

CAPVT VI.

Eſtne ſatis malum fugere, & à peccato declinare? — *DVCTOR.*

CVique Patris ſummi ſacra iuſſa capeſſere fas eſt: — *MVSA.*
Haudque malum fugiſſe ſatis; pars altera reſtat:
Diſcere Iuſtitiam, ac virtutem extendere factis:
Noſſe etenim rectum, curuoque inſiſtere calli,
Supplicio id duplici dignum, ceu ſacra reſoluit
Pagina, quæ magni eſt interpres certa Tonantis.

Quotuplicia ſunt bonorum operum genera? — *DVCTOR.*
Muſa Maronis exhortatio ad tria bonorum operum genera.

Quid ſtruis? aut qua ſpe vanis teris ocia rebus — *MVSA.*
Cunctando? fatiſque datam non reſpicis vrbem?
Nullane tantarum accendit te gloria rerum?
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem?
Gens delecta virûm, genus alto à ſanguine diuûm,
En tibi ſorte datum ſuperas euadere in auras
Remigio alarum: pedibus talaria necte
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portent.
Haud ſecùs ac terras inter cælumque volabat,
Littus arenoſum Libyæ, ventoſque ſecabat,
Materno veniens ab auo Cyllenia proles,
(Ceu vani quondam nobis finxere poëtæ)

Quin cæli penetrare domos, ſupera alta tenere,
Atque illic diuûm lætis accumbere menſis,
Hoc triplici potis es factorum munere fretus,
Quæ ſontes cælo dignos fecere merendo:
Eleemoſyna. Te iuuet afflictis inopum ſuccurrere rebus:
Oratio. Aſſiduiſque Deum votis aſſueſce precari,
Anctorem frugum, tempeſtatumque potentem:
Haud tentandi aditus, nec quæ molliſſima fando
Tempora, quis rebus dexter modus; ocyùs omnes
Vſque adeò exaudit, miſeris ſuccurrere promptus:
Parce mouere fidem, votoque inſiſte frequenti,
Ieiunium. Namque dabit veniam votis, iraſque remittet.
Denique ſit carnis motos componere fluctus
Maxima cura tibi, ieiunî legibus arctis.
His tribus afflicti cordis tumida æquora placas,
Collectaſque fugas nubes, ſolemque reducis
Iuſtitiæ, mentis tempeſtateſque ſerenas.
Nil opus vt Triton vi multa adnixus acuto
Detrudat naues ſcopulo; leuat ecce tridenti
Ipſe Deus, gaudens hominum lenire labores,
Et vaſtas aperit Syrtes, & temperat æquor:
Sicque rotis ſummas leuibus perlaberis vndas,
Ætheriis donec te virtus applicet oris.

De ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus.

Quòd ſi tantus amor virtutem accerſere factis,
* (Hanc vſu ſedenim, ac ſtudio conſiſtere certū eſt)
Dardanium Anchiſen, fama ſuper æthera notum,
Inſignem hîc pietate virum memoraſſe iuuabit.
Tertia dum Lunæ ſe cornua lumine complent,
En vitam in ſiluis, inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque trahit peregrinus, deuius, errans:
Victum infelicem baccas, lapidoſaque corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.
E ſiluis, inquam, macie confecta ſuprema,
Ignoti noua forma viri, miſerandaque cultu
Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit:
Reſpicitur; dira illuuies, immiſſaque barba,

* *Virtus in actione conſiſtit, ait Cicero.*

Con-

Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Graius;
Et quondam patriis ad Troiam miſſus in armis:
Ipſe pius dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat.
1 Hunc ita confectum Pietas reficitque, ſouetque,
Et lautis vires dapibus reuocare laborat:
2. Nec ſitienti ori repetitos denegat hauſtus:
3 Obnubitque nouo ſpoliatum corpus amictu.
Vellera nuda tegens. 4. Captiuum carceris antro
Eximit: 5. & morbo, aut grauiori tabe pereſum
Subleuat, arte, manu, Phœbique potentibus herbis.
6. Suſcipit hoſpitio: 7. moritur, tellure reponit,
Ignoto inferias offert, decoratque ſepulchro.
Aggeritur tumulo tellus, ſtant Manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis, atraque cupreſſo,
Et circùm Iliades crinem, de more, ſolutæ.
Pſallitur, & magna ſupremum voce cietur.

Septem opera miſericordiæ corporalia Anchiſæ attribuuntur.

Dicere ne pigeat, quis te, mitiſſime Teucrûm,
Id genus officij edocuit? Num ſæuus in armis
Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyſſi?
Exitio ille ſuis fuit hoſtibus vſque, nec vnquam
Subſidio veniſſe viris, qui aduerſa fuiſſent
Auſi caſtra ſequi, compertum. At quidquid vbiq; eſt
Gentilis ſortis, iuuat hoſtem tollere ferro.
Ergo innata tibi, non vllius inſita factis,
Hoſti, ſponte ſua, fecit te parcere Graio
Inſignis pietas, quam cælo laudibus æquem:
Sed laus noſtra minor, quàm vt tanti gratia facti
Eſſe queat. decoris ſed quæ te gloria tangat
Abſentem? Nihil eſt cæli ſuper æthera ferri,
Præſentemque Stygis torreri pectora flammis.
Quid mercedis habet virtus incognita Chriſto?
Cui mens victa ſitu, verique effœta reſiſtat?
Debita non tali ſunt cæli munera dextræ.
O gens Chriſtiadûm, melioribus edita fatis,
Cui datur auſpiciis diuini Nûminis, altas
Cælicolûm ſedes, multo ac potiora referre
Præmia, quàm meritis ſint verè debita noſtris;
His accenſa animum, genti ne cede profanæ:

An non degeneres animos pudor arguat ingens,
Chriſticolas dici (quibus explorata tot annos
Fortia geſta Patrum, ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ob origine gentis)
Claraque vos necdum Sanctorum exempla ſecutos?
Eia age, præſentis dum vitæ tempora poſcunt,
Vna ſit egregiis virtutem accendere factis
Cura tibi: ſic fata iubent, mora nulla retardet.

De operibus miſericordiæ ſpiritalibus.

Non modò corporeæ decet indulgere ſaluti,
At mage tot læſas animi defendere partes
Nata Deo Pietas ſitit, ardeſcitque tuendo.
1. Officium hoc illi; ſonteſque laceſſere verbis,
Et vario monitu ſceleri bella aſpra mouere.
Moliri ne viam ſit cordi? Aſt ecce morantes
A vitiis reuocare gradum, iam ſole reducto,
Martius hic æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum.
2. Ignaras mentes luſtrare, ac nocte fugata,
Inſtruere eximia cæleſtis Pallados arte.
3. Cōſulere, atque omnes metuentū expēdere caſus,
Dicere tunc potior quæ ſtet ſententia menti.
4. Flectendo Superos, hominum exorare ſalutem.
5. Demulcere animos, dictiſque auertere curas.
6. Te dolor haud frangat, ſpretæque iniuria ſortis,
Nec tibi vt arma furor patientia læſa miniſtret,
Ne ſimilis videare locis vbi concaua plauſu
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.
7. Denique vult menti fixum immotumque ſedere,
Ne quid vindictæ flammato corde volutes,
Exuperante nefas, tranquilli robore cordis.
Sic erimus Chriſto decori, nec noſtra feretur
Fama leuis, tantique adoleſcet gloria facti.

1. *Peccantes corrigere.* 2. *Docere ignorantes.* 3. *Dubitantibus bene conſulere.* 4. *Pro ſalute proximi Deum orare.* 5. *Conſolari mœſtos.* 6. *Ferre patienter iniurias,* 7. *Offenſas remittere.*

Digitized by Google

De quatuor virtutibus cardinalibus.

Ære graui preſſus, foribus quoque ſtridet ahenis,
Cardo poli quadruplex, gemino quē carmine ſigno:
Iuſtitiæ ratio, Prudentia, Robur ab alto,
Viſque modò æquatas immittens rebus habenas.
Quo res cunque cadent, vis nulla hoc cardine fretos
Arecto, triſti turbatos vulnere mentis
Auertet; non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens, cælumue in Tartara mittat.
Quadruplici hoc portas volui bipatentis Olympi
Cardine ſat notum. Supereſt mortalibus ægris,
Quattuor has inter diuina lege ſorores
Fortia perpetuo iungantur fœdera nexu.
Nam mihi ſi rerum fato prudentia maior
Extiterit, ſimul ac fuerim iuſtiſſimus ille
Cui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui,
Quin pius Æneas, quo nec tunc iuſtior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis;
Ni ſalientis aquæ ſcatebris arentia ſedet
Ora ſiti ingluuies noſtri monſtroſa palati,
Sitque exempta fames, & amor compreſſus edendi,
Defuerit modus. at modus eſt pulcherrima virtus,
Quo ſine fit vitium virtus, læditque pudorem,
Cùm modus & rerum metas & tempora ponat:
Hinc meritò cecinit celeberrimus ille poëta:
Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, *Horatius.*
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.
Cardinibus porrò conuulſis ætheris alti,
Quid ſolidi poſtes, quid & ærea limina proſunt?
Non opus eſt hoſtis correpta dura bipenni
Limina perrumpat connixus viribus inſtans,
Exciſaue cauet, pulſans trabe firma palati
Robora, vt ingentem lato paret ore feneſtram.
Non via vi facienda, vt ſic labet ariete crebro
Ianua, dum emoto procumbat cardine porta:
Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt,
Vnde Stygis coluber, deiectus fulmine ad vmbras,
Cum ſonitu magnam traxit ſecum orbe ruinam.

Non tamen inuitis credas cæleſtibus oris
Sic patuiſſe fores, vt ſit vis lata Tonanti:
Nam domus interior regali ſplendida cultu
Panditur, Al gerûm vt diſcluſo ſedibus altis
Exitio, Stygia prorſus ſit libera peſte.
Caſtrorum in morem, pinnis, atq̃ue agmine cingi
Regia non debet, ſed enim procul inde timores:
Cocyti infractos aduerſo Marte tyrannos
Iam pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris:
Illi indignantes, magno cum murmure, Auerni
Circum clauſtra fremũt, queîs ſunt ſine viribus iræ,
Quanticumque forent Manes Acheronte remiſſi.
Maximus interea Michaël, dextra alta Tonantis,
Et iuxtà Gabriel noſtræ ſpes altera gentis
Agmen agunt, ſimul ac latè loca milite complent;
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis,
Vnde hoſtes armis concurrant, arma cauebunt.

Qua ratione ſeptem dona Spiritus ſancti comparantur?

Corripiens ſtratis corpus, mox tende ſupinas
Ad cælum cum voce manus, & munera liba
Intemerata focis: perfecto latus honore,
Gratum opus accelera ſummo deferre Tonanti:
Fac ſimul & Mariæ magnum prece Numen adores.
Quàm multa illa viros inſignes reddidit arte
Palladia gaudens hominum ſuccurrere rebus?
Ipſius cane vota lubens, dominamq́ue potentem
Supplicibus ſupera votis: Hæc ô manus, inquit,
O mea lecta manus, ne te manus extera cœpio,
Nec quidquid monſtrorum Erebus, vaſtiſque lacunis
Procreat, & diris eructat faucibus Orci,
Dimoueat; quando ipſe ſuis, vt pectore vires
Stent ſolidæ, inſpirat non expugnabile robur
Rex Superum, firmatque animos, & tela miniſtrat.
Is mentem ætheria diuinæ Palladis arte
Donum Roborat, inſtituens natos ſupera alta tueri,
Sapientiæ. Atque imas rerum ſumma decernere cauſſa.

An-

Augens ingenij, collato munere, vires, *Intellectus.*
Conſilij decus agglomerans, celſa ætheris arce; *Conſilij.*
Emittenſque polo ſublimia dona Mineruæ; *Scientiæ.*
Roboris ætherij, clypeumque inſigne paternum, *Fortitudinis.*
Et circumtextum croceo velamen acantho; *Pietatis.*
Ornatus diuæ pietatis: dona timoris *Timoris.*
Numinis æterni. Quæ munera denique tanto
Regia progenies matris non donet amore?
Hæc breuiter virgo, vultum demiſſa profatur,
Vt facilè hinc videas nil eſſe potentius ipſa
Ad prece flectendam ſobolem, exorandaque nutu
Munera dilecto generi, gregibuſque ſuorum,
More ſodalitij lectis pietate cateruis.
Hinc tibi ſit Mariæ venerandæ cura parentis.

Qui ſunt fructus Spiritus ſancti?

Septuplici diuûm quem munere Spiritus ornat, *Charitas.*
Hunc miro inflammat ſummæ virtutis amore.
Ergo ardens animis, ſeſe ipſe hortatur, & omne
Virtutum ſpecimen factis ingentibus æquans,
Nil veluti geſſiſſet adhuc, rebuſque gerendis
Effugeret tempus, ſudat magis, omniaque arma
Aduocat, & iam nunc cæleſtûm aucturus honorem,
Cæleſtûm ad morem, ſtudio ſe format, & vſu.
Ac ſimul illius pertentant gaudia mentem, *Gaudium.*
Diuinoque facit tranquillum vſque ordine ferri,
Multa pace fouens, vitæ tot caſibus actum: *Pax.*
Forti animo inſtituens cunctos perferre labores, *Patientia.*
Durare, & ſemet rebus ſeruare ſecundis, *Lõganimit.*
Inſigni miſeros homines pietate leuare: *Bonitas.*
Irarum fluctus compeſcere: rite quietum *Benignitas.*
Accipere in ſocios animum, mentemque benignam.
Neſcia dat flecti ſubitò manſueſcere corda; *Mãſuetudo.*
Immotoſque fide maiori lumine firmat: *Fides*
Corporis humani componens temperat actus, *Modeſtia.*
Summiſſique animi dat moribus eſſe modeſtos: *Virginea*
Virgineum ſeruare decus niueique pudoris; *caſtitas.*
Egregium ſpecimen, caſtumque tenere cubile. *Caſtitas coniugalis.*

Ex-

Digitized by Google

Exhortatio ad curam ſalutis habendam:

Si tantus pecori mihi ſit delectus equino,
Vt modò quos in ſpem ſtatui ſubmittere gentis,
Præcipuum impendam à teneris nunc inde laborem,
Atque omni ſtudio glaciem, ventoſque niuales
Auertam, victumque feram gratiſſima auenæ
Pabula, nec tota claudam fœmilia bruma,
Quanto animæ potior cura eſt adhibenda ſaluti!
Fas reſides animos, diſſuetaque pectora rerum
Sacrarum ſtudio, pertæſaque Numinis alti,
Fas ſegnes monitu, clangenteque mentis inertes
Ore ciere viros, Martemque accendere voce.
An quia nonnulla eſt inaratæ gratia terræ,
Tu ſegnem patiere ſitu dureſcere campum?
Deſidiam lentus quid Tityre quæris in vmbra?
Indulgenda quies rebus, concedo, caducis,
(Namque carens omni requie, durabile non eſt)
Diffugienda tamen ſunt otia, Lerna malorum.
An non mutatis requieſcunt frugibus arua?
Hinc ibi flaua Ceres, mutato nomine, farra,
Vnde prius lectum, ſiliqua quaſſante, legumen,
Aut tenues fœtus viciæ, triſtiſque lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſiluamque ſonantem.
Eſt etenim alternis facilis labor: arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, ſiue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Explicatio allegoriæ. Mens lacrymis perfuſa genas, ſuffuſa pudore,
Vltrices ſcelerum pœnæ, ieiunia flagris
Addita, cum gemitu, ter tuſaque pectora pugnis,
Sunt pingui aſſimilanda fimo, cinerique colonûm
Apto aruis Superûm, queis ſunt cæleſtia curæ:
Et quia, ceu dixi, mutatis arua quieſcunt
Frugibus, ampla feras ibi ſemina 1 laudis opimæ,
Vnde prius 2. tenues viciæ, triſteſque lupini,
Quin 3 lappæ, tribuli, vitiorumque horrida ſilua
Prodibant, ibi nunc mirentur Gargara meſſes
Virtutum, ſegetiſque ſacræ, iam ſordibus imo
Pectore diſcluſis. Sic mens in corpore ſano

Per

Per longos vigeat longæui Neſtoris annos.

1. *Semina laudis opimæ ; ſunt charitas Dei & proximi, radix bonorum operum.*

2. *Tenues viciæ, triſteſq; lupini, ſunt opera moraliter bona.*

3. *Lappæ, tribuliq; ſunt opera mala & noxia.*

Quæ dicuntur Euangelicæ Beatitudines? *DVCTOR.*

I. Beati pavperes spiritv.

Quàm ſunt vota hominum Chriſti diſcordia verbo! *MVSA.*
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
In ferrum, penetrant aulas & limina Regum,
Hic petit excidiis vrbem, miſeroſque penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.
Regia progenies contrà ſic ore locuta eſt.
Felix qui potuit ditis contemnere gazas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis amari.
Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro;
Non res Romanæ, perituraque regna: neque ille
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti:
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura
Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumue forum, aut populi tabularia vidit:
Antè humiles habitare caſas ſtat mente voluntas,
Pauperis & tugurî congeſtum ceſpite culmen.
Talibus indultum cæleſtia regna tenere.

II. Beati mites, *&c.*

Sol vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe;
Suſpecti tibi ſint imbres, namque vrget ab alto,
Arboribuſque ſatiſque Notus pecorique ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem, denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radij; aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,

Heu

Heu malè tum mites defendet pampinus vuas,
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando:
Vitis at ætheriæ, quas munit pampinus vuas,
Queiſque dedere animos mites cæleſtia dona,
Hos non dura leget grando, neque crudior aura:
Sæua Tyrannorum rabies, ferienſque procella,
Dira acies ferri, ac fundendi ſanguinis ardor,
Vis inimica virûm, ſed inexaturabile pectus
Exercendi odij, in Chriſti venerabile nomen,
Falcis habenda loco ſunt hæc, quorum indiget vſu
Semiputata Deo frondoſa vitis in vlmo:
Res cœpta hoc peragēda modo; ſicque vbere pleno,
Culta ſuas diffundet opes prædiues Iacchi
Vitis: in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Gargara quot meſſes, quot habet Methymna racemos,
Saxea tot duri compreſſant corda Tyranni
Purpureas vuæ ſegetes: fluit vnda trapetis,
Exuperat plenis ſpumans vindemia labris.
Non moritura cadit, ſurgit quæ victima Chriſto,
Cui fas æternæ iam regna reſurgere vitæ;
Nec patriæ is fines, nec dulcia liquerit arua,
Cui domus aula poli, ſolio, regnique corona
Cui gaudere datum: meritis hæc debita Iuſto
Præmia redduntur, quem mitia corda ſerenant,
Nec modò manſuetus cæli conuexa tueri
Dignus, at in terris etiam ſua ſceptra tenere.
Nam velut ore ferox, ſermone exaſperat iras,
Sic molli contrà, pius iræ incendia placat,
Ac veluti magno in populo, cùm ſæpè coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat;
Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Iure igitur manſueta feram, terraque poloque
Pectora ad imperium felicia, (at auſpice Chriſto)
Pellitur immitis ſolio, regniſque paternis,
Qui meruit patriæ pœnas, odiique ſuorum.

Vtilitas perſecutionum Eccleſiæ.

Teſte Iuſtino Martyre, nihil eſt aliud Eccleſiam perſecutionem pati, quàm vitem putatione ad vbertatem prouocare.

Omnes

Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſe.
Mitis at imperium famam non terminat aſtris.

III. Beati qui lugent, &c.

More ſuo, vanis admiſcens gaudia curis,
Plauſibus exultet mundus, ſua feſta celebrans:
Adſit lætitiæ Bacchus dator, omnia miſcens:
Crateras magnos ſtatuat, tum vina coronet;
Hauriat hic pateram, & pleno ſe proluat auro,
Poſt mundi proceres. Cithara crinitus Iopas
Perſonet aurata, docuit quæ maximus Atlas:
Pars pedibus plaudant choreas, & carmina dicant,
Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos,
Conſonet hîc numeris ſeptem diſcrimina vocum,
Iamque eadem digitis, iam pectine pulſet eburno.
Plauſibus interea mediis, mors vltima vitæ
Linea, præ foribus mox accelerata propinquat,
Primus & antè diem clauſoquàm veſper Olympo
Componat, celeri iubet hos occumbere fato.
Ah quanto his ſatius fuerat, ſi fata tuliſſent,
Afflictos vitam in tenebris luctuque per annos
Traxiſſe, ac mœſto ſcelerum indulſiſſe dolori,
Quàm pro lætitiæ tantillo tempore, pœnis
Addici æternis, tenebroſo ac carcere claudi.

IV. Beati qui esuriunt, &c.

O quàm felices animæ, quibus ignea venis
Omnibus acta ſitis reſtingui neſcia fructu
Iuſtitiæ, ſimul æqua fames eſt inſita menti,
Qua veſit effuſam toto cum ſanguine vitam,
Proferat vt Chriſti imperium, & fallacibus aris
Vana Superſtitio tot quæ ſe vertit in ora,
Victa abeat, ritusque feri populique feroces,
Iucundo dent colla iugo, & caligine pulſa
Aſpiciant lucem ætheriam, terraſque per omnes
Romanus det iura Pater, gens impia toto
Vellatur, toto creſcat gens aurea mundo.
Iam ſatis hic noſtris ſe verſat in oſſibus ardor,
Chriſte ſatis. Numquamne tuam, Rex magne, cruore

Digitized by Google

Fas fuerit ſancire fidem? Quò tanta cupido,
Quò ſtudium hoc animis, ſi ceſſant omnia, & omnia
Amiſſus labor: En necdum hîc ad vulnera ventũ eſt:
In pugna ſtetimus ſine ſanguine: magna, fatemur,
Poſcimus immeriti: da tu, da poſſe mereri,
Quod per te ſperare datur, tu muneris auctor.

V. Beati misericordes, &c.

Sed quàm felices quibus eſt miſereſcere firmum
Immotumque animi ſtudium: nam teſte ſupremo,
Quorum ſunt lacrymæ, & mentes mortalia tangunt,
Hos Deus omnipotens cælo miſeratur ab alto.
Dum venit in mentem Chriſti pietatis imago,
Quem, cùm lapſorum miſeret, tot adire labores
Impulit hæc pietas, omni vt cum ſanguine vitam
Poneret innocuus, moriens pro ſontibus inſons.
Ah quibus ingemuit curis, quibus ignibus arſit?
Vt ſubit hæc animum pietas, miſereſcere magnis
Compellor flammis, Chriſti permotus amore,
Statque animo egregiis virtutem extendere factis.

VI. Beati mundo corde, &c.

Vatum more canat diuino ex ore ſacerdos:
Auſpicibus manifeſta fides maioribus: ille
Felici nimiùm cenſetur ſidere natus,
Interiora animi cui lumina Numine fulgent:
Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes,
Extulit os ſacrum cælo, tenebraſque reſoluet,
Obtutuque hærens Superûm defixus in vno,
Stabit ouans, læto donec poſcatur Olympo.

VII. Beati pacifici, &c.

Felices etiam, poſito certamine, mentes
Quæ ſocios inter iunxerant fœdera pacis;
At animi in carnem, ſumptis victricibus armis,
Sic pugiles certant, adnixi viribus ambo,
Vt caro ſuccumbens media ſternatur arena,
Digni ſacra Dei soboles dicique, & haberi.

VIII. Be-

Digitized by Google

VIII. Beati qui persecutionem patiuntur, &c.

Preſſa mihi octauæ eſt inſignis gloria ſortis: *MVSA.*
More tuo, licet horrendùm ſtridente Camœna,
* Hanc precor edoceas, dum arrectis auribus aſto.

* *Muſa Maronis, circa octauam Beatitudinem, ſuam ignorantiam agnoſcit, cupitq́; à ſuo Ductore, etiamſi proprio Marte vti debeat, exactiùs inſtitui.*

Non faciles ad cælum aditus, portæque patentes, *CATECH.*
Luctandum calle anguſto, rectoq́ue petendum
Limite, qua paruum demonſtrat ſemita limen:
Sed tamen, haud retro cedendum, animiſq; cadendũ:
Ardua, ſed pedibus multorum trita virorum,
Quos Pater æternus merito decorauit honore,
Eſt via, quæ Superûm ad ſedes, & gaudia ducit.
Scilicet, hanc Deus, æterno cùm captus amore,
Non ille oblituſque ſui, noſtræque ſalutis,
Humanam in terris ſpeciem vultùmque recepit,
Et per ſæua animam confoſſus vulnera fudit:
Hanc, inquam, Deus ipſe viam, fiducia fortes
Vt magis inſtiget, pudor vt caſtiget inerteis,
Primus it, antè volans: immani mole grauatus,
Quamquã humeris crux eſt oneri; quẽ cætera pubes
Inſequitur, quacumque celer veſtigia ſignat,
Nec potis ingentes greſſus æquare ſequendo.
Ipſe tibi, quando eſt ſeries longiſſima rerum,
Et ſatis eſt breuiter pœnas morteſque referre,
Summa ſequens tantùm faſtigia dicere pergam,
Tu geminas conuerte acies, quocumque docentem
Conuertam digitum, memoriq́ue ea mente recondе.
Huic oculi effoſſi: dentes huic ore reuulſi:
Auribus hic caruit geminis: hic pollice dextro:
Huic cecidere manus, & iniquo vulnere nares:
Hic tonſus ſaxo: hic ſpeculâ deiectus ab alta:
Hic trabe ſuſpenſus recta manibuſque volutus,
Implicituſque pedes, hærentis pondere molis
Tenditur, & toto diſtentus corpore creſcit.

Ille

Quin cæli penetrare domos, ſupera alta tenere,
Atque illic diuûm lætis accumbere menſis,
Hoc triplici potis es factorum munere fretus,
Quæ ſontes cælo dignos fecere merendo:
Eleemoſyna Te iuuet afflictis inopum ſuccurrere rebus:
Oratio. Aſſiduiſque Deum votis aſſueſce precari,
Auctorem frugum, tempeſtatumque potentem:
Haud tentandi aditus, nec quæ molliſſima fando
Tempora, quis rebus dexter modus; ocyùs omnes
Vſque adeò exaudit, miſeris ſuccurrere promptus:
Parce mouere fidem, votoque inſiſte frequenti,
Ieiunium. Namque dabit veniam votis, iraſque remittet.
Denique ſit carnis motos componere fluctus
Maxima cura tibi, ieiunî legibus arctis.
His tribus afflicti cordis tumida æquora placas,
Collectaſque fugas nubes, ſolemque reducis
Iuſtitiæ, mentis tempeſtateſque ſerenas.
Nil opus vt Triton vi multa adnixus acuto
Detrudat naues ſcopulo; leuat ecce tridenti
Ipſe Deus, gaudens hominum lenire labores,
Et vaſtas aperit Syrtes & temperat æquor:
Sicque rotis ſummas leuibus perlaberis vndas,
Ætheriis donec te virtus applicet oris.

De ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus.

Quòd ſi tantus amor virtutem accerſere factis,
** Virtus in actione conſiſtit, ait Cicero.* * (Hanc vſu ſedenim, ac ſtudio conſiſtere certũ eſt)
Dardanium Anchiſen, fama ſuper æthera notum,
Inſignem hîc pietate virum memoraſſe iuuabit.
Tertia dum Lunæ ſe cornua lumine complent,
En vitam in ſiluis, inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque trahit peregrinus, deuius, errans:
Victum infelicem baccas, lapidoſaque corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.
E ſiluis, inquam, macie confecta ſuprema,
Ignoti noua forma viri, miſerandaque cultu
Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit:
Reſpicitur; dira illuuies, immiſſaque barba,

Con-

Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Graius;
Et quondam patriis ad Troiam miſſus in armis:
Ipſe pius dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat.
1 Hunc ita confectum Pietas reficitque, ſouetque,
Et lautis vires dapibus reuocare laborat:
2. Nec ſitienti ori repetitos denegat hauſtus:
3 Obnubitque nouo ſpoliatum corpus amictu.
Vellera nuda tegens. 4. Captiuum carceris antro
Eximit: 5. & morbo, aut grauiori tabe pereſum
Subleuat, arte, manu, Phœbique potentibus herbis.
6. Suſcipit hoſpitio: 7. moritur, tellure reponit,
Ignoto inferias offert, decoratque ſepulchro.
Aggeritur tumulo tellus, ſtant Manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis, atraque cupreſſo,
Et circùm Iliades crinem de more, ſolutæ.
Pſallitur, & magna ſupremum voce cietur.

Septem opera miſericordiæ corporalia Anchiſæ attribuuntur.

Dicere ne pigeat, quis te, mitiſſime Teucrûm,
Id genus officij edocuit? Num ſæuus in armis
Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyſſi?
Exitio ille ſuis fuit hoſtibus vſque, nec vnquam
Subſidio veniſſe viris, qui aduerſa fuiſſent
Auſi caſtra ſequi, compertum. At quidquid vbiq; eſt
Gentilis ſortis, iuuat hoſtem tollere ferro.
Ergo innata tibi, non vllius inſita factis,
Hoſti, ſponte ſua, fecit te parcere Graio
Inſignis pietas, quam cælo laudibus æquem:
Sed laus noſtra minor, quàm vt tanti gratia facti
Eſſe queat. decoris ſed quæ te gloria tangat
Abſentem? Nihil eſt cæli ſuper æthera ferri,
Præſentemque Stygis torreri pectora flammis.
Quid mercedis habet virtus incognita Chriſto?
Cui mens victa ſitu, verique effœta reſiſtat?
Debita non tali ſunt cæli munera dextræ.

O gens Chriſtiadûm, melioribus edita fatis,
Cui datur auſpicijs diuini Numinis, altas
Cælicolûm ſedes, multo ac potiora referre
Præmia, quàm meritis ſint verè debita noſtris;
His accenſa animum, genti ne cede profanæ:

An non degeneres animos pudor arguat ingens,
Chriſticolas dici (quibus explorata tot annos
Fortia geſta Patrum, ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ob origine gentis)
Claraque vos necdum Sanctorum exempla ſecutos?
Eia age, præſentis dum vitæ tempora poſcunt,
Vna ſit egregiis virtutem accendere factis
Cura tibi: ſic fata iubent, mora nulla retardet.

De operibus miſericordiæ ſpiritalibus.

Non modò corporeæ decet indulgere ſaluti,
At mage tot læſas animi defendere partes
Nata Deo Pietas ſitit, ardeſcitque tuendo.
1. Officium hoc illi; ſonteſque laceſſere verbis,
Et vario monitu ſceleri bella aſpra mouere.
Molirine viam ſit cordi? Aſt ecce morantes
A vitiis reuocare gradum, iam ſole reducto,
Martius hic æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum.
2. Ignaras mentes luſtrare, ac nocte fugata,
Inſtruere eximia cæleſtis Pallados arte.
3. Cōſulere, atque omnes metuentū expēdere caſus,
Dicere, tunc potior quæ ſtet ſententia menti.
4. Flectendo Superos, hominum exorare ſalutem.
5. Demulcere animos, dictiſque auertere curas.
6. Te dolor haud frangat, ſpretæque iniuria ſortis,
Nec tibi vt arma furor patientia læſa miniſtret,
Ne ſimilis videare locis vbi concaua plauſu
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.
7. Denique vult menti fixum immotumque ſedere,
Ne quid vindictæ flammato corde volutes,
Exuperante nefas, tranquilli robore cordis.
Sic erimus Chriſto decori, nec noſtra feretur
Fama leuis, tantique adoleſcet gloria facti.

1. *Peccantes corrigere.* 2. *Docere ignorantes.* 3. *Dubitantibus bene conſulere.* 4. *Pro ſalute proximi Deum orare.* 5. *Conſolari mœſtos.* 6. *Ferre patienter iniurias,* 7. *Offenſas remittere.*

De

De quatuor virtutibus cardinalibus.

Ære graui preſſus, foribus quoque ſtridet ahenis,
Gardo poli quadruplex, gemino quē carmine ſigno:
Iuſtitiæ ratio, Prudentia, Robur ab alto,
Viſque modò æquatas immittens rebus habenas.
Quo res cunque cadent, vis nulla hoc cardine fretos
Arecto, triſti turbatos vulnere mentis
Auertet; non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens, cælumue in Tartara mittat.
Quadruplici hoc portas volui bipatentis Olympi
Cardine ſat notum. Supereſt mortalibus ægris,
Quattuor has inter diuina lege ſorores
Fortia perpetuo iungantur fœdera nexu.
Nam mihi ſi rerum fato prudentia maior
Extiterit, ſimul ac fuerim iuſtiſſimus ille
Cui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui,
Quin pius Æneas, quo nec tunc iuſtior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis;
Ni ſalientis aquæ ſcatebris arentia ſedet
Ora ſiti ingluuies noſtri monſtroſa palati,
Sitque exempta fames, & amor compreſſus edendi,
Defuerit modus. at modus eſt pulcherrima virtus,
Quo ſine fit vitium virtus, læditque pudorem,
Cùm modus & rerum metas & tempora ponat:
Hinc meritò cecinit celeberrimus ille poëta:
Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, *Horatius.*
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.
Cardinibus porrò conuulſis ætheris alti,
Quid ſolidi poſtes, quid & ærea limina proſunt?
Non opus eſt hoſtis correpta dura bipenni
Limina perrumpat connixus viribus inſtans,
Exciſaúe cauet, pulſans trabe firma palati
Robora, vt ingentem lato paret ore feneſtram.
Non via vi facienda, vt ſic labet ariete crebro
Ianua, dum emoto procumbat cardine porta:
Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt,
Vnde Stygis coluber, deiectus fulmine ad vmbras,
Cum ſonitu magnam traxit ſecum orbe ruinam.

Non tamen inuitis credas cæleſtibus oris
Sic patuiſſe fores, vt ſit vis lata Tonanti:
Nam domus interior regali ſplendida cultu
Panditur, Al gerûm vt diſcluſo ſedibus altis
Exitio, Stygia prorſus ſit libera peſte.
Caſtrorum in morem, pinnis, atque agmine cingi
Regia non debet, ſed enim procul inde timores:
Cocyti infractos aduerſo Marte tyrannos
Iam pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris:
Illi indignantes, magno cum murmure, Auerni
Circum clauſtra fremũt, queîs ſunt ſine viribus iræ,
Quanticumque forent Manes Acheronte remiſſi.
Maximus interea Michaël, dextra alta Tonantis,
Et iuxtà Gabriel noſtræ ſpes altera gentis
Agmen agunt, ſimul ac latè loca milite complent,
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis,
Vnde hoſtes armis concurrant arma cauebunt.

Qua ratione ſeptem dona Spiritus ſancti comparantur?

Corripiens ſtratis corpus, mox tende ſupinas
Ad cælum cum voce manus, & munera liba
Intemerata focis: perfecto lætus honore,
Gratum opus accelera ſummo deferre Tonanti:
Fac ſimul & Mariæ magnum prece Numen adores:
Quàm multa illa viros inſignes reddidit arte
Palladia gaudens hominum ſuccurrere rebus?
Ipſius cane vota lubens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera votis: Hæc ô manus, inquit,
O mea lecta manus, ne te manus extera cœpio,
Nec quidquid monſtrorum Erebus, vaſtiſque lacunis
Procreat, & diris eructat faucibus Orci,
Dimoueat; quando ipſe ſuis, vt pectore vires
Stent ſolidæ, inſpirat non expugnabile robur
Rex Superum, firmatque animos, & tela miniſtrat.
Is mentem ætheria diuinæ Palladis arte
Donum Sapientiæ. Roborat, inſtituens natos ſupera alta tueri,
Atque imas rerum ſumma decernere cauſſa.

An-

Augens ingenij, collato munere, vires, *Intellectus.*
Conſilij decus agglomerans, celſa ætheris arce, *Conſilij.*
Emittenſque polo ſublimia dona Mineruæ; *Scientiæ.*
Roboris ætherij, clypeumque inſigne paternum, *Fortitudin.*
Et circumtextum croceo velamen acantho, *Pietatis.*
Ornatus diuæ pietatis: dona timoris *Timoris.*
Numinis æterni. Quæ munera denique tanto
Regia progenies matris non donet amore?
Hæc breuiter virgo, vultum demiſſa profatur,
Vt facilè hinc videas nil eſſe potentius ipſa
Ad prece flectendam ſobolem, exorandaque nutu
Munera dilecto generi, gregibuſque ſuorum,
More ſodalitij lectis pietate cateruis.
Hinc tibi ſit Mariæ venerandæ cura parentis.

Qui ſunt fructus Spiritus ſancti?

Septuplici diuûm quem munere Spiritus ornat,
Hunc miro inflammat ſummæ virtutis amore. *Charitas.*
Ergo ardens animis, ſeſe ipſe hortatur, & omne
Virtutum ſpecimen factis ingentibus æquans,
Nil veluti geſſiſſet adhuc, rebuſque gerendis
Effugeret tempus, ſudat magis, omniaque arma
Aduocat, & iam nunc cæleſtûm aucturus honorem,
Cæleſtûm ad morem, ſtudioſe format, & vſu.
Ac ſimul illius pertentant gaudia mentem, *Gaudium.*
Diuinoque facit tranquillum vſque ordine ferri,
Multa pace fouens, vitæ tot caſibus actum: *Pax.*
Forti animo inſtituens cunctos perferre labores, *Patientia.*
Durare, & ſemet rebus ſeruare ſecundis, *Lõganimit.*
Inſigni miſeros homines pietate leuare: *Bonitas.*
Irarum fluctus compeſcere: rite quietum *Benignitas.*
Accipere in ſocios animum, mentemque benignam.
Neſcia dat flecti ſubitò manſueſcere corda, *Mãſuetudo.*
Immotoſque fide maiori lumine firmat: *Fides*
Corporis humani componens temperat actus, *Modeſtia.*
Summiſſique animi dat moribus eſſe modeſtos: *Virginea*
Virgineum ſeruare decus niueique pudoris: *caſtitas.*
Egregium ſpecimen, caſtumque tenere cubile. *Caſtitas coniugalis.*

Ex-

Exhortatio ad curam ſalutis habendam:

Si tantus pecori mihi ſit delectus equino,
Vt modò quos in ſpem ſtatui ſubmittere gentis,
Præcipuum impendam à teneris nunc inde laborem,
Atque omni ſtudio glaciem, ventoſque niuales
Auertam, victumque feram gratiſſima auenæ
Pabula, nec tota claudam fœnilia bruma,
Quanto animæ potior cura eſt adhibenda ſaluti!
Fas reſides animos, diſſuetaque pectora rerum
Sacrarum ſtudio, pertæſaque Numinis alti,
Fas ſegnes monitu, clangenteque mentis inertes
Ore ciere viros, Martemque accendere voce.
An quia nonnulla eſt inaratæ gratia terræ,
Tu ſegnem patiere ſitu dureſcere campum?
Deſidiam lentus quid Tityre quæris in vmbra?
Indulgenda quies rebus, concedo, caducis,
(Namque carens omni requie, durabile non eſt)
Diffugienda tamen ſunt otia, Lerna malorum.
An non mutatis requieſcunt frugibus arua?
Hinc ibi flaua Ceres, mutato nomine, farra,
Vnde priùs lectum, ſiliqua quaſſante, legumen,
Aut tenues fœtus viciæ, triſtiſque lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſiluamque ſonantem.
Eſt etenim alternis facilis labor: arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, ſiue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Explicatio allegoriæ. Mens lacrymis perfuſa genas, ſuffuſa pudore,
Vltrices ſcelerum pœnæ, ieiunia flagris
Addita, cum gemitu, ter tuſaque pectora pugnis,
Sunt pingui aſſimilanda fimo, cinerique colonûm
Apto aruis Superûm, queis ſunt cæleſtia curæ:
Et quia, ceu dixi, mutatis arua quieſcunt
Frugibus, ampla ſeras ibi ſemina 1 laudis opimæ,
Vnde priùs 2. tenues viciæ, triſteſque lupini,
Quin 3 lappæ, tribuli, vitiorumque horrida ſilua
Prodibant, ibi nunc mirentur Gargara meſſes
Virtutum, ſegetiſque ſacræ, iam ſordibus imo
Pectore diſcluſis. Sic mens in corpore ſano

Per

Per longos vigeat longæui Neſtoris annos.

1. *Semina laudis opimæ, ſunt charitas Dei & proximi, radix bonorum operum.*
2. *Tenues viciæ, triſteſq; lupini, ſunt opera moraliter bona.*
3. *Lappæ, tribuliq; ſunt opera mala & noxia.*

Quæ dicuntur Euangelicæ Beatitudines? *DVCTOR.*

I. Beati pauperes spiritv.

Quàm ſunt vota hominum Chriſti diſcordia verbo! *MVSA.*
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
In ferrum, penetrant aulas & limina Regum,
Hic petit excidiis vrbem, miſeroſque penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.
Regia progenies contrà ſic ore locuta eſt.
Felix qui potuit ditis contemnere gazas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis amari.
Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro;
Non res Romanæ, perituraque regna: neque ille
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti:
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura
Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumúe forum, aut populi tabularia vidit:
Antè humiles habitare caſas ſtat mente voluntas,
Pauperis & tugurî congeſtum ceſpite culmen.
Talibus indultum cæleſtia regna tenere.

II. Beati mites, *&c.*

Sol vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe;
Suſpecti tibi ſint imbres, namque vrget ab alto,
Arboribuſque ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem, denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radij; aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,

Heu

Heu malè tum mites defendet pampinus vuas,
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando:
Vitis at ætheriæ, quas munit pampinus vuas,
Queiſque dedere animos mites cæleſtia dona,
Hos non dura leget grando, neque crudior aura:
Sæua Tyrannorum rabies, ferienſque procella,
Dira acies ferri, ac fundendi ſanguinis ardor,
Vis inimica virûm, ſed inexaturabile pectus
Exercendi odij, in Chriſti venerabile nomen,
Falcis habenda loco ſunt hæc, quorum indiget vſu:
Semiputata Deo frondoſa vitis in vlmo:
Res cœpta hoc peragēda modo; ſicque vbere pleno,
Culta ſuas diffundet opes prædiues Iacchi
Vitis: in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Gargara quot meſſes, quot habet Methymna racemos,
Saxea tot duri compreſſant corda Tyranni
Purpureas vuæ ſegetes: fluit vnda trapetis,
Exuperat plenis ſpumans vindemia labris.
Non moritura cadit, ſurgit quæ victima Chriſto,
Cui fas æternæ iam regna reſurgere vitæ;
Nec patriæ is fines, nec dulcia liquerit arua,
Cui domus aula poli, ſolio, regnique corona
Cui gaudere datum: meritis hæc debita Iuſto
Præmia redduntur, quem mitia corda ſerenant.
Nec modò manſuetus cæli conuexa tueri
Dignus, at in terris etiam ſua ſceptra tenere.
Nam velut ore ferox, ſermone exaſperat iras,
Sic molli contrà, pius iræ incendia placat,
Ac velûti magno in populo, cùm ſæpè coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat;
Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Iure igitur manſueta feram, terræque poloque
Pectora ad imperium felicia, (at auſpice Chriſto)
Pellitur immitis ſolio, regniſque paternis,
Qui meruit patriæ pœnas, odiique ſuorum.

Vtilitas perſecutionum Eccleſiæ. Teſte Iuſtino Martyre, nihil eſt aliud Eccleſiam perſecutionem pati, quàm vitem putatione ad vbertatem prouocare.

Omnes

Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſe.
Mitis at imperium famam non terminat aſtris.

III. Beati qvi lvgent, &c.

More ſuo, vanis admiſcens gaudia curis,
Plauſibus exultet mundus, ſua feſta celebrans:
Adſit lætitiæ Bacchus dator, omnia miſcens:
Crateras magnos ſtatuat, tum vina coronet;
Hauriat hic pateram, & pleno ſe proluat auro,
Poſt mundi proceres. Cithara crinitus Iopas
Perſonet aurata, docuit quæ maximus Atlas:
Pars pedibus plaudant choreas, & carmina dicant,
Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos,
Conſonet hîc numeris ſeptem diſcrimina vocum,
Iamque eadem digitis, iam pectine pulſet eburno.
Plauſibus interea mediis, mors vltima vitæ
Linea, præ foribus mox accelerata propinquat,
Primus & antè diem clauſoquàm veſper Olympo
Componat, celeri iubet hos occumbere fato.
Ah quanto his ſatius fuerat, ſi fata tuliſſent,
Afflictos vitam in tenebris luctuque per annos
Traxiſſe, ac mœſto ſcelerum indulſiſſe dolori,
Quàm pro lætitiæ tantillo tempore, pœnis
Addici æternis, tenebroſo ac carcere claudi.

IV. Beati qvi esvrivnt, &c.

O quàm felices animæ, quibus ignea venis
Omnibus acta ſitis reſtingui neſcia fructu
Iuſtitiæ, ſimul æqua fames eſt inſita menti,
Qua veſit effuſam toto cum ſanguine vitam,
Proferat vt Chriſti imperium, & fallacibus aris
Vana Superſtitio tot quæ ſe vertit in ora,
Victa abeat, ritusque feri populique feroces,
Iucundo dent colla iugo, & caligine pulſa
Aſpiciant lucem ætheriam, terraſque per omnes
Romanus det iura Pater, gens impia toto
Vellatur, toto creſcat gens aurea mundo.
Iam ſatis hic noſtris ſe verſat in oſſibus ardor,
Chriſte ſatis. Numquamne tuam, Rex magne, cruore

Fas

VIII. Beati qui perſecutionem patiuntur, &c.

Preſſa mihi octauæ eſt inſignis gloria ſortis: *MVSA.*
More tuo, licet horrendùm ſtridente Camœna,
* Hanc precor edoceas, dum arrectis auribus aſto.

* *Muſa Maronis, circa octauam Beatitudinem, ſuam ignorantiam agnoſcit, cupitq; à ſuo Ductore, etiamſi proprio Marte vti debeat, exactiùs inſtitui.*

Non faciles ad cælum aditus, portæque patentes, *CATECH.*
Luctandum calle anguſto, rectoque petendum
Limite, qua paruum demonſtrat ſemita limen:
Sed tamen, haud retro cedendum, animiſq; cadendũ:
Ardua, ſed pedibus multorum trita virorum,
Quos Pater æternus merito decorauit honore,
Eſt via, quæ Superûm ad ſedes, & gaudia ducit.
Scilicet, hanc Deus, æterno cùm captus amore,
Non ille oblituſque ſui, noſtræque ſalutis,
Humanam in terris ſpeciem vultumque recepit,
Et per ſæua animam confoſſus vulnera fudit:
Hanc, inquam, Deus ipſe viam, fiducia fortes
Vt magis inſtiget, pudor vt caſtiget inerteis,
Primus it, antè volans: immani mole grauatus,
Quamquã humeris crux eſt oneri; quẽ cætera pubes
Inſequitur, quacumque celer veſtigia ſignat,
Nec potis ingentes greſſus æquare ſequendo.
Ipſe tibi, quando eſt ſeries longiſſima rerum,
Et ſatis eſt breuiter pœnas morteſque referre,
Summa ſequens tantùm faſtigia dicere pergam,
Tu geminas conuerte acies, quocumque docentem
Conuertam digitum, memorique ea mente reconde.
Huic oculi effoſſi: dentes huic ore reuulſi:
Auribus hic caruit geminis: hic pollice dextro:
Huic cecidere manus, & iniquo vulnere nares:
Hic tonſus ſaxo: hic ſpeculâ deiectus ab alta:
Hic trabe ſuſpenſus recta manibuſque volutus,
Implicituſque pedes, hærentis pondere molis
Tenditur, & toto diſtentus corpore creſcit.

Ille

Ille fame abſumptus periit, miſeroque labore,
Nudatis oculis teneri munimine valli:
Hic virgarum inter crepitus cadit: ille ſecuri
Obuius ancipiti, fulua procumbit arena.
Hunc lingua exerta, ſucciſo & poplite, truncum
Corpore, carnifices non irriſere dolentem,
Sed doluere alta ridentem mente dolores.
Per mediũ hunc cuneus, præfixa huic cuſpide contus
Et ferrata ſudes abiit: illi enſis adactus
Per latus, & calido fluxerunt ſanguine riui:
Huic ſtimuli admoti: cæſis lacer vndique membris
Hic iacet: ille feris auibus data prædalupiſque,
Viuus adhuc torto ſublimis fune pependit.
Quodque magis mirere, pari veſtigia figit
Fæmina virque gradu, curſumque imitata virorum,
Virgineis ſubnixa choris, volat æmula virtus.
Et dubitant homines imitari hæc facta, viroſque?
Nec ſtimulos adigit pietas? nec ſenſibus ignem
Implicat, illuſtris virtutum diditus ardor?
Nec cælum incendit vires, nec gloria mentem
Spe tollit? Moniti ah tandem meliora ſequamur:
Vincat iter labor, & conſtantia: præmia mentem
Sollicitent, rectique animis incuſſa voluntas.
Fit via vi: Deus in partem venit ipſe laborum.
Faxit in antiquam virtutem, animoſque viriles,
Dux pater ipſe chori, & Xauerius excitet heros.
Felices nimiùm, bis terque quaterque beati,
Quos ante ora trucis ſæuo mucrone Tyranni
Contigit oppetere, & quos vna hæc cura remordet.
Hos etenim certum eſt, cæleſtia regna manebunt.

De tribus Conſiliis Euangelicis.

CATECH. *Nunc ad te & tua magne Pater conſulta reuertor.*
Regia progenies cælo delapſa ſereno,
Multiplici exemplo, factis monituque frequenti
Hæc conſulta dedit, ſuperas quibus annuit arces,
Iudicis ac ſecum voluit ſupera alta tenere:
Mentis pauperiem Crœſi præponere gazis,
Conceſſos vitare thoros, tedaſque iugales,

Vir-

Virtutis ſtudio, ceu fœda Cupidinis arma;
Semper ab alterius nutu pendere paratos.
Conſilij hanc tamē eſſe viam; neq; conſcia culpæ eſt,
Intemerata Dei ſeruans mens iuſſa parentis.
Ni poſtquam vouit, votorum laxet habenas.

Votum Paupertatis.

Conſilio hoc Superûm paritur tibi diues egeſtas,
Qua propriis exuta bonis, mens horrida mundo
Splendore æthereo induitur, cumulata polorum
Fænore centuplici, donec potiatur Olympo.
Hęc ne audiſſe ſatis tibi ſit, iuuet vſque morari,
Et conferre gradum, Chriſtique inſiſtere plantis.
Prima Deo ſedes ſtabulum, præſepe cubile.
Prô! Superûm Regem tam vilis regia cepit.
Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebuſque veni non aſper egenis:
Ingredere anguſti ſubter faſtigia tecti,
Te patere atque humili fœno, ſtratiſque locari.

Votum Caſtitatis.

Stet menti haud parere, vt fæcundi viſcera partus
Virgineo exuperes fœtu, niueique pudoris
Ornatu, ſterili nec te ſimilabis auenæ.
En mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat,
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam,
Ante Pudor quàm te violem, aut tua iura reſoluam;
Teſtatus Mariam, & cæli quas templa receptant
Felices animas, Superûm tibi maxime Rector,
Deuouiſſe olim contentam paupere cultu,
Et thalami expertem, turpi ſine crimine, vitam,
Sin tali forſan poſſim ſuccumbere culpæ,
Vt cui me vinclo vellem ſociare iugali,
Ille meos, primus qui ſe mihi iunxit, amores
Abſtulit, ille habeat ſecum, atque in ſæcula ſeruet.
Ne pete connubiis animam ſociare profanis,
O ſacra progenies, thalamis nec crede remiſſis;
Virginei venient homines qui ſanguine noſtrum

No-

Nomen in aſtra ferent, quorumque à ſtirpe nepotes,
Omnia ſub pedibus, qua ſol vtrumque recurrens
Aſpicit Oceanum, vertique regique videbunt:
Hinc etiam inſontes, terrena à ſede profectos, *
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cæli
Accipit, & numerum Diuorum altaribus augent.

** Huius generis ſunt beatus P. Franc. Xauerius, beatus noſter Aloiſius, B. Staniſlaus, &c.*

Votum Obedientiæ.

Melior eſt obedientia quàm victima 1. Reg. 15.

Centum aras poſuiſſe Deo rex fertur Iärbas,
Templaque plus centum, latis immania regnis,
Excubias diuûm æternas, pecudumque cruore
Pingue ſolum, & variis florentia limina ſertis,
Et vigilem ſacraſſe ignem; atque his omnibus, vni
Parendi voto meritis cenſebitur impar,
Nec dabitur tanti ſe vincli laudibus æquet.
Haudque profana modò gentilis munera Iärbæ,
Cùm cæſis veteri ritu de lege iuuencis,
Huic voto cedunt: tegumen vittaſque reſoluens
Sacrati capitis diuino ex ore ſacerdos
Vincitur antiquus. Sed & is qui libat ad aras
Christigenûm, haud potis eſt concurrere paſſibus æquis.
Hæc etenim meritis volitat ſuper omnia virtus,
Qua celebres ſancti diuinis ocyùs omnes
Imperiis læti parent, & iuſſa faceſſunt.
En tria, ceu didici, magni conſulta parentis
Edoceo: & quæ nunc animo ſententia conſtet:
Tu tibi fac imis ſint hæc infixa medullis.
MVSA. Hęc mihi fixa animo, crede, atque immota manebũt.
Non opis eſt noſtræ, ô ductor, nec quidquid vbiq; eſt
Luſtratæ gentis, magnum quæ ſparſa per orbem,
Munere pro tanto grates perſoluere dignas:
Christus, ſi qua pios reſpectant Numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia iuſta ferat, det & hæc conſulta ſequamur.

De

De quatuor nouiſſimis.

Mox ſcelerum omne genus facies occumbere letho, *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis Eccli. 7.*
Quattuor iſtorum ſi obtutu fixus in vno
Hæſeris, aſſueriſque nouiſſima voluere fata.

Primum nouiſſimorum, Mors,

In mentem hinc veniat Mors vltima linea vitæ,
Regia ferratis quæ ſceptra ligonibus æquat,
Qua tibi luctanti ſoluentur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugiet crucianda ſub vmbras.
Hanc animo tecum verſa, crebrò atque reuerſa.
En Deus ipſe duas, æquato examine, lances
Suſtinet, & fata imponit diuerſa duorum,
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum,
Exitus ipſe probat, cùm mors te exemerit æuo,
Luctantemque animam, nexoſque reſoluerit artus.

Iudicium particulare.

Non opus vt Minos moueat tunc anxius vrnam,
Conciliumque vocet, vitas & crimina diſcat:
Nec Rhadamāthus habet, quid agat, ſubigatq; fateri,
Quæ quis apud Superos furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Nil opus his, inquam, ſua cuique vbi facta pateſcunt.
Non tamen æternæ dantur ſine Iudice ſedes,
Iuſtior aſt illis, magno de Numine Numen,
Abdita quæque animi reſerans, & operta recludens,
Prodibit Iudex, ſua cuique vt iura reſoluat.
Tros, Tyriuſque illi nullo diſcrimine agetur.
Væ miſero ſonti, cui tunc auerſa Deo mens.
Prò dolor, heu quātus vel iam tremor occupat artus,
Iſtorum ſortem memori dum mente reuoluo.

Infernus.

Nil tibi ſumma dies, & ineluctabile tempus
Supplicij æterni, ac ſæuæ inclementia mortis,
Adferat auxilij? haudq; horum meminiſſe iuuabit?

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
Cocyti ſtagna illa viri, Stygiamque paludem
Stet memorare animo, dum ſpiritus hos regit artus:
Conuentus trahe te in medios, turbamque ſilentûm;
I, tumulumque ſubi, vnde omnes longo ordine poſſis
Aduerſos legere, & venientûm diſcere vultus,
Quos ſcelerum ſocios quondã, dum tempora ferrẽt,
Si memor es, noras: horum ſunt qui ſibi lethum
Inſanda peperere manu, lucemque peroſi
Proiecere animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obſtant, nouies Styx interfuſa coërcet.
Sunt quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatuſue parens, & fraus innexa clienti;
Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt;
Quique ob adulterium cæſi, quique arma ſecuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.
Quàm nunc horrendè hos vltrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans, toruoſque ſiniſtra
Intentans angues, vocat agmina ſæua ſororum!
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare
Verbera, tum ſtridor ferri, tractæque catenæ.
Horrendas illic voces ad ſidera tollunt:
Quales mugitus fugit cùm ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
Luctus vbique, pauorque, & plurima mortis imago.
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet ſedem: tum tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub vmbras,
Quantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum.
Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo:
Hîc etiam Tityon Terræ omnipotentis alumnum
Cernere erit, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fæcundaque pœnis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pecto-

Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque,
Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura, cadentique
Imminet aſſimilis? lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima iuxtà
Accubat, & manibus prohibet contingere menſas,
Exurgitque, facem attollens, atque intonat ore.
Terribiles viſu hîc formæ, lethumque laborque,
Multaque præterea variarum monſtra ferarum:
Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæque biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ,
Horrendùm ſtridens, flammiſque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæq; , & forma Tricorporis vmbræ.

Purgatorium.

Sunt quibus orandum ripæ vlterioris amore,
Fluminis vt valeant primi tranſmittere curſum.
Nam quos ſupremo cum lumine vita reliquit,
Non ideo omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes, penituſque neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Ætherium ſenſum, atque auraï ſimplicis ignem,

De cura mortuorum habenda.

Triſtibus eſto memor quæ debes funeris vmbris
Soluere, & officij nil ſit tibi iure relictum:
Humano at non more virûm, quibus extera tantùm
Sunt cordi, & pompas præter, faſtuſque ſuperbos,
Nil agitant animo, miſerè quos triſtis Auerni,
Iſtius aut mundi damnoſus faſcinat error.

Digitized by Google

Vana magis ſolatia viuorũ ſunt, quàm ſubſidia mortuorum.

Ecquid enim exanimum Pallanta ad ſidera tolli
Laude iuuat? toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem,
Interſintque patris lacrymis, ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri?
Haud ſegnes quid habere viros qui molle pheretrum
Arbuteis texant virgis, & vimine querno,
Extructoſque toros obtentu frondis obumbrent?
Quid iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine poni?
Qualem virgineo demeſſum pollice florem,
Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, necdum ſua forma receſſit,
Cùm nec mater alit tellus, vireſque miniſtret?
Si mens interea rapidi Phlegethontis ad vndas,
Concretam labem æternum luitura per æuum,
Hinc miſerè abripitur, numquam fruitura quiete?
Quid geminas veſtes, oſtroque auroque rigentes,
Ipſa ſuis quondam manibus quas regia Dido
Fecerat, expandi, hocque obnubi funus amictu?
Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ
Addere? Quid prædam longo ſimul ordine duci?
Iungere equos, & tela quibus ſpoliauerat hoſtem?
Vinciri poſt terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas?
Indutos etiam truncos hoſtilibus armis,
Ipſos ferre duces inimicaque nomina figi?
Quid duci Rutilo perſuſos ſanguine currus?
Quid bellator equus poſitis inſignibus Æthon,
It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora?
Haſtam alij galeamque ferunt? de more vetuſto,
Quid ſibi vult, quòd mœſta phalãx, Teucriq; ſequãtur
Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis?
Cuncta quid iſta iuuãt? Quid mẽs hoc freta triũpho,
Accipit auxilij, ni ſors aliunde leuetur?
Barbaricæ genti ſors hæc tellure repoſtæ
A Teucris ſolui dabitur ſat poſſe videri,
Veterum fidei ignaris, queîs lumen ademptum eſt;
Chriſtigenas verò, quibus eſt data gratia maior,

Quis neget in Manes multo ad potiora teneri?
Pro minimo his fuerit, ſolemnes ducere pompas,
Ter circum accenſos turmas, fulgentibus armis,
Decurriſſe rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauiſſe in equis, vlulatuſque ore dediſſe:
Talia Chriſtigenis ſordent; queis ſeria curæ,
Spargitur his tellus lacrymis, ſparguntur & ora;
Vota Deo faciunt, onerantque altaria donis, *Ter iſta ſpumantia cymbia poſſunt intelligi deuota orationes; oblata pro mortuis.*
Funereas hic cerne faces. Lucet via longè
Ordine flammarum, & latè diſcriminat ædes.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateris, animamque ſepulchro
Condimus & magna ſupremum voce ciemus.
Aggere compoſito tumuli, exequiiſque ſolutis,
Auelli à buſto nequeunt, nox humida donec
Inuertit cælum ſtellis ardentibus aptum:
Tertia quin gelidam lux cælo dimouet vmbram,
Quando altum iuxta cinerem, & confuſa ſuorum
Oſſa, preces fundunt, mœrentes cordis ab imo:
Adiiciunt miſeris inopum ſuccurrere rebus,
Indomitos carnis motus componere ſacro
Ieiuni freno, ſenſuſque domare petulcos.
Sic veterum pietas connixis viribus olim,
Noctes atque dies animabus labe piandis
Incubuit bis mille viis, quodcumque parata
Auxilium ex animo decernere triſtibus vmbris:
Deterior donec paulatim & decolor ætas,
Prò dolor, hoc noſtro ſucceſſit tempore, quando
Impia poſteritas, ingrataque turba nepotum
Deſeruere vices ſoluendi funeris ergò
Vota ſua. heu iuſtis res deploranda querelis!
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Belgî, fractæ vires, auerſa Dei mens.
Interea incluſi, cæco de carceris antro,
Exclamant Manes, tundentes pectora palmis,
Heu mea progenies, generis pars maxima noſtri,
Quid ſtruis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit?
Non tandem aſpicies, vbi feſſum ætate parentem

Liqueris? Interea, me triſtia fata tulerunt,
Cingor vbi flammis, vbi me bis mille dolorum
Circumerrant acies: & ni tua vota reſiſtant,
Demoror heu pœnas, inimicus vt hauriat ardor.
Eia age, ne tandem noſtri meminiſſe graueris,
Numinibus diuûm pia vota, & ſacra ferendo,
Vlterius Iudex ne pœnas igne repoſcat.
Hæc obeunda tibi, ne te Styx dira fatiget,
Et triſtes ſine ſole domos, loca turbida adire,
Poſt tua fata dolens cogare, erroribus actus,
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Nube caua, vt vidi, tenuem ſine viribus vmbram,
In faciem ſpectri (viſu mirabile monſtrum)
Quod ſine mente ſonum frendens, dat inania verba,
Et plauſus manuum, greſſuſque effingit euntis.
Auertat Deus, & melior ſors dicta refutet
En licet omne datum trahere in feralia tempus:
Nox ruat, inque preces roſeis Aurora quadrigis,
Iam medium ætherio curſu traiecerit axem;
Fas tibi tres ſoles iuſto indulgere labori.
Sit tibi perſuaſum certò, quæ gratia fratrum
Morte ſepultorum, viuis, quæ cura iuuandi
Vſque fuit, manet hæc eadem iam lumine caſſos.
Cur igitur flendo plures non ducimus horas?
Prô pudor! heu quia nos aliena haud funera tangunt.
Hæc via, non cælum ducit, ſed læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

De vita æterna.

Prô Superi, prohibete minas, Stygiaque palude,
Poſt obitum, placidi noſtros auertite manes.
Fulmina miſſa polo, cæcique è nubibus ignes
Non ſic terrificant animos, vt nomen Auerni,
Cocytique lacus: Deus optime, en oſſaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor,
Et ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis
Diriguit, cecidere animi, & vox faucibus hæſit.
Da rogo, Chriſte, meæ peragam ſic tempora vitæ,

Vt

Vt mora nulla obſtet, quin mens ad amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas
Deueniat, lætoſque locos, vbi ſiſtere in æuum
Fas animæ detur, potis es, ni velle recuſes.
Qua ratione autem tam accenſi pectoris ardor
Velle neget miſero cæleſtia regna petenti,
Qui dedit inuitis, demulcens ſaxea molli
Corda ſono? Deus, alme Deus, miſereſcito noſtri,
Patrati ſceleris quos maxima cura remordet:
Talibus ô quoties cæleſtis præmia regni,
Quin, pietate tua, primi redduntur honores?
Quòd ſi tanta igitur ſunt præmia crimine victis,
(Dum te lapſorum miſeret) quæ munera iuſto
Digna dabis, primam meruit qui laude coronam?
Tune pater patrum quondam mitiſſime fruſtra?
Tantane, tam patiens cordis miſeratio Chriſti,
Nos ſinet in caſſum veniam cælumque precari?
At tu diua parens, generis fiducia noſtri,
Hanc ſine nos ſpem ferre tui, te in vota vocantum,
Semper vbique tuos precibus fulcire ſodales:
Ac cùm ſis diuûm interpres, quæ Numina gnati,
Non tripodas, Clarij haud lauros, at ſidera ſentis,
Quæſo canas, vocemque volens atque ora reſoluas:
Eia age, namque omnẽ curſum mihi proſpera dixit
Relligio, & cuncti ſuaſerunt numine Diui,
Elyſium petere, & terras tentare repoſtas,
Pauca mihi è multis, (quo tutior hoſpita luſtrem
Æquora, & æthерio poſſim conſiſtere portu)
Expedias dictis, prohibent nam cætera Parcæ
Mortales ſcire, & fari vetat ætheris author.
Hic Genitrix ô luce magis dilecta parenti, *Colloquium B. Virginis, ad Muſam Maronis.*
Ne dubites: nam te maioribus ire per altum
Auſpiciis, manifeſta fides: ſic fata Deûm Rex
Sortitur, voluitque vices, is vertitur ordo.
Elyſium verò quod tu iam rere propinquum,
Vicinoſque ignara paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris,
Antè & Trinacria lentandus remus in vnda,

Et ſalis Auſonij luſtrandum nauibus æquor,
Infernique lacus, Æææque inſula Circes,
Quàm tuto poſſis cæli conſiſtere portu.
Ne renue ambages, curſuſque horreſce futuros,
Fata viam inuenient, aderitque vocatus Ieſus.
* Dextra tibi tellus, & longo dextra petantur
Æquora circuitu: læuum fuge littus & vndas:
† Læuum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obſidet; atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſumque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat vnda.
Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus,
Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Hæc tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti,
Et quo quemque modo fugiaſque feraſque laborẽ,
Expediam, curſuſque dabo vene[illegible]cundos.
Hæc ſunt quæ noſtrâ liceat te [illegible] moneri:
Perge modò, & qua te ducit via, dirige greſſum;
Hac etenim puppeſque tuæ, pubeſque tuorum,
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

* *Per dexteram tellurem, viam mandatorũ Dei intellige, quæ ducit ad vitam æternam.*

† *Per læuum latus, via perditionis inſinuatur, quæ conſiſtit in transgreſſione legis diuinæ.*

MVSA.

Stat monitis parere tuis, mihi certa voluntas,
Magna Dei genitrix, mihi iuſſa capeſſere fas eſt,
Quò tandem detur dextræ coniungere dextram,
Ac Superûm fauſtas audire ac reddere voces.
O fortunati, quorum illic mænia ſurgunt:
Conditio at melior, quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua. Nos alia ex aliis in fata vocamur:
Illis parta quies, nullum maris æquor arandum,
Arua neque Elyſij ſemper cedentia retro
Quærenda. Interea felix, bis terque beatus,
Qui ſimul iſtius faſtigia ſuſpicit vrbis,
Acceleratque viam, greſſumque ad mænia tendit;
Quem Deus obſcuro gradientem tegmine ſepſit,
Et multo nebulæ circumdans fudit amictu,
Cernere ne quis eum, nec quis contingere poſſit.

Mo-

Digitized by Google

Moliriúe moram, aut veniendi poſcere cauſas.
Infer me precor hac nebula Deus optime ſeptam,
Vt niſi diuinum maneat mihi mente repoſtum;
Namque animus meminiſſe horret genus omne pro-
fanum:
Vna Dei ſubeat cari genitoris imago,
Vnius & Chriſti crudelia fata reuoluam;
Multa viri virtus animo, multuſque recurſet
Laudis honos, ſedeant infixi pectore vultus,
Is mihi vita, ſalus, dux vitæ, vera ſalutis
Semita ſit; poſthac nil me mortalia tangant,
Sitque mori lucrum cæleſtia regna tuenti.
Iam pridem mundo effœta, vt quid inutilis annos
Demoror? Ah patrio tuta vt modò limine ſiſtar.
Sit labor extremus, longarum hæc meta viarum.
En nos immenſum ſpatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla;
* Hinc nos digreſſos fauſtis Deus applicet oris.

* *Per lapſum primorum parentum.*

Digitized by Google

ORATIO:

Anima Christi sanctifica me.

Mens Chriſti inſtaurans animas, collapſaque corda,
Pectoris accelera lapſi ſarcire ruinas,
Numine me complens vacuum per inane vagantem.
Excolar Aſtræa, & reliquo virtutis amictu:
* Cùm ſeſe agglomerent ſummi decora alta Parentis.

* Inſinuatur hic virtutum inter ſe concatenatio.

Corpus Christi salva me.

Teter abundauit cordis liquor, omniaque in ſe
Oſſa minutatim morbo quaſſata trahuntur;
Quin furit, atque intus depaſcitur arida febris
Viſcera toſta siti: varius dolor occupat artus.
Quid reliqui eſt? medicas ſectabor Apollinis artes?
Is ferat artis opem? Nihil hunc tentaſſe iuuabit.
Sit medicans tua, Chriſte, caro mihi cauſa ſalutis.

Sangvis Christi inebria me.

Congreſſus peto, Chriſte, tuos & amœna tuorum
Concilia, Elyſioſque agros: huc caſta cruentis
Vina tuis ducunt, deprompto ſanguine, venis.
Dulcior ipſa mero, roſei mihi fluminis vnda
Chriſte tui: hi calices quem non fecere diſertum?
Ite procul Bacchi fœdantia pocula mentes,
Dummodo melliflui hæc hilarent me vina cruoris.

Aqva lateris Christi lava me.

Pure latex Chriſti lateris de vulnere manans,
Lethiferæ labis de cordibus elue fæces,
Nulli etenim maculæ patet alti ianua Regis.

PAS-

Digitized by Google

PASSIO CHRISTI FORTIFICA ME.

Cruda flagella truces inflictæ cuſpidis ictus,
Chriſte, tuæ carni, toto cui corpore nullum
Verber inane datur, valido me robore firment.

MORS CHRISTI VIVIFICA ME.

Mors tua, vita mihi, vt bello ſit viuida virtus;
Vndique Cocyti dum circumfundimur armis;
Noſtra, Pater, molire tuas in pectora flammas,
Nos face, nos ferro, nos vulnere, victor eodem
Confice, da ſobolem caro comitem ire parenti.
Ibimus optato, duce te, data victima letho;
Dummodo vitales tua mors mihi proferat orſus.

O BONE IESV EXAVDI ME.

O gregis alme tui cuſtos, mitiſſime Ieſu,
Summe ouium Paſtor, cui ſunt tot ouilia curæ,
Quæ nunquam ſurda pietas tua præterit aure,
Ne mitis renuas in voces ire precantum.

INTRA VVLNERA TVA ABSCON-DE ME.

Vulneribus latuiſſe tuis ſit facta poteſtas,
Præſertim in roſeo traiecti limine cordis,
His etenim ſemper verſabor tutus in oris,
Donec triſte nefas lacrymarum fonte luatur.

ET NOLI ME SEPARARE ABS TE, SED PONE ME IVXTA TE.

Tanto ſim tecum nexu conſtrictus amoris,
Auelli vt nequeam patriis amplexibus vnquam,
Quolibet aut caſu, aut quouis diſcrimine rerum,
Dum mihi vita comes, dum ſpiritus hos reget artus,
Ac tua me pietas maturum poſcet Olympo.

Digitized by Google

VT CVM ANGELIS, ET SANCTIS TVIS, &c.

Fas vbi ſit demum mihi ſceptra reſumere regni,
Proque ſuis donis, ſua reddere iura Tonanti,
Aligerûm ritu, citharis fidibuſque ſonoris,
Et vocum innumeris concentibus atria cæli
Complere, ac lætos ter Io, ter dicere Pæan,
Inſertoſque choris Superûm, tria Numinis ora
Cernere, luſtratos diuini lumine vultus.
Felicem is ſed enim cenſetur ducere vitam,
Qui mentem expleri nequit, ardeſcitque tuendo
Id genus obtutus; ſtans hoc defixus in vno,
Quo datur æternùm cæleſti ſorte potiri.

MA-

Digitized by Google

MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM, ET EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS, &c.

Fas Superûm Regi grates perſoluere dignas,
Inque Deo exultare animis, pro munere tanto,
Quo ſua nos pietas dignatur, grata ſalutis
Dona ferens, propriam ſobolem cùm deſtinat aræ.

QVIA RESPEXIT HVMILITATEM ANCILLÆ SVÆ.

Qui vilem famulæ ſortem deſpectat ab alto,
Atque humiles habitare caſas, vterique latebras
Haudquaquam horreſcit; nouus at fit ſedibus hoſpes
Virgineo partu, intemerato flore pudoris,
Me facere inſtituens diuina prole parentem,
Hinc Genitricis ego non munere fungor inani.

ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME DICENT OMNES GENERATIONES.

Inde hominum omne genus me terque quaterque beatam
Eſſe feret, mihi dans æternum in ſæcula nomen:
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa, polus dum ſidera paſcet,
Semper honos, nomenq; meum, laudeſq; manebũt.

FECIT MIHI MAGNA QVI POTENS EST.

Tu das alme Pater (cui ſumma potentia rerum)
Sim magnæ Heroûm Iſacidæ non infima ſtirpis
Gloria, virtutem vt non vnica pagina claudat.
Certè magna nimis mutatæ eſt gratia ſortis,
Dum ſatis eſt famulæ, ſi laudis honoribus ornes.

ET SANCTVM NOMEN EIVS, ET MISERICORDIA EIVS A PROGENIE, &c.

Iure tibi ſanctum debetur Numine nomen,
Cùm tua, Rex, pietas ſeſe diffundat in omnes
Inſignes pietate viros, in quidquid vbique eſt
Sanctorum gentis, magnum quæ ſparſa per orbem,
Quoſque feret, tuleritque ætas, queis maſcula cordi
Inſedit virtus, Domini quibus addidit alas
Ipſe timor, ſpumantis equi calcaribus armos
Dum fodit, atque aſpros cogit decurrere calles.

FECIT POTENTIAM IN BRACHIO SVO, DISPERSIT SVPERBOS, &c.

Dextra potens Domini, magniq; ipſa agminis inſtar
Diſpergit tumido turgentia pectora faſtu.
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis;
Vel quot ſole nouo denſæ torrentur ariſtæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
Colla ſuperborum tot fulua ſternit arena,
Verè Marte potens ſupremi Numinis ira,
Scuta ſonent, pulſuque pedum tremat excita tellus;
Æratæque micent peltæ, micet æreus enſis,
Nequidquam in Superos inſurgent arma tumentum.

DEPOSVIT POTENTES DE SEDE, ET EXALTAVIT HVMILES.

Qui facit excelſas deſcendere montibus ornos,
Non poterit regni ſublimia ſceptra tenentes,
Illuſtri ſolio detrudere corde ſuperbos?
Summiſſos animo contrà, ſuper æthera ferre?

ESV-

ESVRIENTES IMPLEVIT BONIS, ET DIVITES DIMISIT INANES.

Non potis eſuriem vacuæ compeſcere mentis,
Vt ſit adempta fames, & amor compreſſus habendi?
Nec virtute leuare ſitim ſitientis auari?
Mittere nec dites poterit rerum omnium egenos,
Qui quondam fuerant multa ditione potentes?
Mille tuæ Siculis errant nunc montibus agnæ,
Lac tibi non æſtate nouum, non frigore deſit,
Nudatumque bonis ſors te lux craſtina cernet.

SVSCEPIT ISRAEL PVERVM SVVM, RECORDATVS MISERICORDIÆ SVÆ.

Poſt tot millenos, reuolutis menſibus, orbes,
Promiſſi memor ipſe ſui, & pietatis auitæ,
Qua voluit mundi commune refellere crimen,
Felici partu ſub luminis editur auras,
Infantis ritu, Iſacidûm de ſanguine cretus.
Huc ades, ô formoſe puer; tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum & florem iungit bene olentis anethi,
Tum caſia, atque aliis intexens ſuauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha:
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneaſque nuces, quoniam hæc dileximus ipſi;
Et vos, ô lauri, carpam, & te proxima myrte;
Sic poſitæ quoniam ſuaueis miſcetis odores.

SICVT LOCVTVS EST AD PATRES NOSTROS, ABRAHAM, ET SEMINI EIVS, &c.

Patribus vt noſtris fuerat Deus ore locutus,

Magno

Digitized by Google

Magno Abrahæ, ſoboliſque eiuſque nepotibus olim.
Sic grauiter Vates ceu fatis ora reſoluunt,
Mittimur huc lapſis quæſitum oracula rebus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritvi sancto.

Mente ſedet magno ſua reddere iura Parenti,
Par ſimul eſt ſoboli, ob partos de morte triumphos;
Quantũ opis eſt noſtræ, meritos dare laudis honores,
Atque etiam manans vtroque à Numine Numen
Conſimili celebrare modo, ſtat corde voluntas.

Muſa

Digitized by Google

Muſa Maronis paraphraſticè canit Hymnum

VENI CREATOR SPIRITVS,
MENTES TVORVM VISITA.

Spiritus alme veni, cælo demiſſus ab alto,
Da nouus his noſtris ſuccedas ſedibus hoſpes:
Namque humiles habitare caſas, & ſordida rura,
Pauperis & tugurî congeſtum ceſpite culmen,
Numine magnus aues, præſepia grata Tonanti.

IMPLE SVPERNA GRATIA,
QVÆ TV CREASTI PECTORA.

Sit tuus iſte labor, cæli Spirabile Numen,
Inſpirare animis, quos dextera flaminis auræ
Condidit è nihilo, certantibus arma tuorum,
Dona & habere humeris, & vertice figere criſtas;
Gratiæ vti clypeo geſtare inſigne paternum.

QVI PARACLETVS DICERIS.

Tu potis es mœſtos animi lenire dolores,
Solando verbis factiſque auertere curas,
Mens pietate potens, longum ſeruata per æuum,
Non ignara mali; miſeris ſuccurrere prompta.

DONVM DEI ALTISSIMI.

Tene vocem donum, ac rebus melioribus æquem?
Non tibi par ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim,
Maxima natarum Priami, colloque monile
Baccatum, aut duplex gemmis auroque corona;
Munus es immenſum Patris omnipotentis Olympi.
Munera nulla putem Iliacis erepta ruinis,
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama cùm peteret, inconceſſoſque Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

Hiſce

Hiſce addas palam ſignis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho:
Nil hæc cuncta vni dono collata Tonantis.

FONS VIVVS, IGNIS, CHARITAS, ET SPIRITALIS VNCTIO.

Tu fons es viui laticis, ſalientis in altos
Cælicolûm montes, vis ignea, flammeus ardor
Mentis amore Dei ſuccenſæ; atque vnctio fragrans
Quæ tibi odorato referat ſudantia ligno
Balſama, quæ baccas ſemper frondentis acanthi
Partibus innumeris vincat: tu denique Numen
Crederis æternum, cæli cui ſidera parent.

TV SEPTIFORMIS MVNERE.

Tu genus vſque tuum doni ſeptemplicis ornas
Eximio cultu: magni decora alta parentis,
Regia Maieſtas ſoboli communia fecit.

DEXTRÆ DEI TV DIGITVS, TV RITE PROMISSVM PATRIS, SERMONE DITANS GVTTVRA.

Tu Patris es dextræ digitus, tu rite Tonantis
Promiſſum, ditans cæleſti guttura verbo.

ACCENDE LVMEN SENSIBVS, INFVNDE AMOREM CORDIBVS.

Lumen age æthereum accendi da ſenſibus imis,
Vt ſapor indicium faciat manifeſtus, & ora
Triſtia tentantum, ſenſu crucientur amaro,
Sicque ſuas diſcat fraudes auerſa Deo mens,
Parcat inde dolis, non auerſata repertis.
Vt cornix plena pluuiam vocat improba voce,

Et

Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena,
Vt varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi;
Haud ſecus optandum flammarum incendia mitti
In gelidas hominum mentes, quæ ſidera lambant,
Attollantque globos, liquefactaque corda ſub auras.
Ergo age, cor noſtrum vehemẽti hoc turbine perfla,
Eructanſque ignes, rorantia flamina miſce.

INFIRMA NOSTRI CORPORIS
VIRTVTE FIRMANS PERPETI.

Da Pater attritos defeſſi corporis artus
Robore firmari, vt redeant in prælia vires.
Hoſtibus obruimur: mihi ferreus ingruit imber:
Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans
Fundit equus: portis alij bipatentibus adſunt,
Millia quot magnis numquam venere Mycenis.
Obſedere alij telis anguſta viarum
Oppoſiti: ſtat ferri acies, mucrone coruſco,
Stricta parata neci. Quis, cæco Marte, reſiſtat?
Nemo queat; niſi quos diuûm Pater atque hominum
  Rex
Flaminis afflauit ventis, & contigit igni.

HOSTEM REPELLAS LONGIVS,
PACEMQVE DONES PROTINVS,
DVCTORE SIC TE PRÆVIO
VITEMVS OMNE NOXIVM.

Hoſtiles acies procul hinc, procul arma repelle:
Præferimus dextra vittas ac verba precantum,
Paciferæque manus ramum prætendit oliuæ,
Fœdera iungantur, pacem te poſcimus omnes,

Quæ

Quæ ſit nixa Deo, firmataque Numinis aura,
Qua non omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedant peſtes: at ſaucia noxis
Corda inſtaurentur, lethali labe remiſſa.

PER TE SCIAMVS DA PATREM,
NOSCAMVS ATQVE FILIVM,
TE VTRIVSQVE SPIRITVM
CREDAMVS OMNI TEMPORE.

Te duce, fas Patrem noſcendi, ſitque ſerenum
Diuinæ vultum ſobolis, quæ hunc legibus orbem
Fundauit, nobis cernendi facta poteſtas.
Teque ab vtroque omnes teneant Spirabile Numen.
Immotæ id fidei eſt: dubiis abſiſte moueri.

GLORIA PATRI DOMINO,
NATOQVE QVI A MORTVIS
SVRREXIT, AC PARACLETO
IN SÆCVLORVM SÆCVLA. AMEN.

Laus tibi nate Deo, qui victa morte triumphas,
Vi propria excedens tumulo, Stygiaque palude;
Multa tuum meritis ſuſtentet fama trophæis
Nomen, in orbe tui maneat bona gratia facti,
Sit ſimul immenſo par laus, & gloria Patri,
Sitque ab vtroque ſuum mananti in ſæcula Numen,
Par iubar, & decus, & ſplendor, par culmen honoris.

Digitized by Google

Quod in re diuina de Spiritu ſancto proximè Euangelio præmittitur, & Sequentia vocatur.

VENI SANCTE SPIRITVS,
ET EMITTE CÆLITVS
LVCIS TVÆ RADIVM.

Numinis aura veni, patriæ cæleſtis ab oris,
Atque tuæ lucis vibratus ab æthere fulgor
Cum ſonitu veniat, terris fragor intonet ingens,
Agnoſcantque homines ſummi promiſſa parentis.

VENI PATER PAVPERVM,
VENI DATOR MVNERVM.

Alme veni Genitor, ſobolis rerum omnium egenæ,
Conſilii; mentiſque inopum miſereſcito. larga
Sæpè manu cumulas miſerorum pectora donis,
Diues opum, largi mihi ſis quoque muneris auctor.

VENI LVMEN CORDIVM.

Solis inacceſſum radiis huc aduehe lumen
Numinis æterni, quo pectora cæca coruſcent.

CONSOLATOR OPTIME,
DVLCIS HOSPES ANIMÆ.

Dulce, Parens omnis curæ, caſuſque leuamen,
Vtque caua ſolans ægrum teſtudine amorem.
Hoſpitis officio quis te præſtantior alter?

IN LABORE REQVIES,
DVLCE REFRIGERIVM.

In ſudore quies; nam corda oblita laborum,
Aura dat alma ſuis. placidam per membra quietem

Digitized by Google

Irrigat, & foſos gremio, mox tollit in altos
Cælicolûm lucos, vbi mollis amaracus illos
Floribus, & dulci aſpirans complectitur vmbra.

IN ÆSTV TEMPERIES,
IN FLETV SOLATIVM.

Cumque ager exuſtus morientibus æſtuat herbis,
Tunc propiore Dei iam afflato Numine, flamen
Diuinum, Zephyris aſtrorum temperat ignes,
Inque ſuo fletu, magnum eſt ſolamen amanti.

O LVX BEATISSIMA,
REPLE CORDIS INTIMA
TVORVM FIDELIVM.

O lux alta polo, terris bis terque beata,
Inſidas animi medicatis ſedibus, hoſpes,
Intima te in noſtræ condens præcordia mentis.

SINE TVO NVMINE
NIHIL EST IN HOMINE.

Quid mortale, precor, genus eſt, te Numine læſo?
Sontibus in caſſum nomen tribuetur amicum,
Libera ni vitio ſua ſubdere colla Tonantis
Imperio aſſuerint, Chriſtique facceſſere iuſſa.

LAVA QVOD EST SORDIDVM.

Ergo age, fœdatas lethali crimine mentes,
Aſpergens roſea pretioſi ſanguinis vnda,
Ablue, ſedata iam factus mitior ira.

RIGA QVOD EST ARIDVM.

Arida cùm noceant, ſtet corda rigare voluntas,
Auſter ab optato pluuias inducat Olympo.

SANA

SANA QVOD EST SAVCIVM,
FLECTE QVOD EST RIGIDVM,
FOVE QVOD EST FRIGIDVM.

Saucia Pœoniis medicina potentibus herbis
Vulnera da inſtauret, mihi nec medicetur Iápis.
Non mihi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor.
Tellurem, Borea rigidam ſpirante, mouere,
Rura gelu dum claudit hyems, nec ſemine iacto
Concretam patitur radicem figere terræ:
Cùm rigefacta volens robuſtus iugera foſſor
Vertere, quidquid agat, fruſtra, nil proficit inſtans:
Tu verò Omnipotens ſolo potes omnia nutu.
Flecte quod eſt rigidum, gelidis licet inſonet alis
Vnà Eurusque Notuſque ruens, creberque procellis
Africus, & vaſtos voluant ad littora fluctus.
Frigida corda foue, cæleſti ardore caleſcant.

REGE QVOD EST DEVIVM.

Auia quoſque ſequi curſu, diſcrimine magno,
Cernis, aberrantes, nota regione viarum,
In tutum reduces verſis Aquilonibus actos,
Da videam, ac duce te, vento gaudere ſecundo.

DA TVIS FIDELIBVS,
IN TE CONFIDENTIBVS,
SACRVM SEPTENARIVM.

Pectora fida tuæ fidei quæ caſtra ſequuntur,
Æternique Dei ſupremum Numen adorant,
Muneris, alme, tui, ſepteno robore firma.

DA VIRTVTIS MERITVM,
DA SALVTIS EXITVM,
DA PERENNE GAVDIVM.

Da ſua cultori quos virtus ſpondet honores,

De-

Decurſumque diem felici claudere fato,
Lætaque laſſatæ ſuccedere tempora menti,
Vt ſimul æternum, ter Io, ac Pæana canamus.

Hymnus, SALVE REGINA.

Salue quæ Diuûm incedis Regina, ſimulque
Nata parenſque Dei, tot partis aucta triumphis,
Summa parens ſummæ pietatis, vita, ſaluſque,
Hyblæum decus, & generis fiducia noſtri,
Te Superûm imperiis iterum ſaluere iubebo.
Nos patriæ fines, ac dulcia liquimus arua,
Erramus fatis acti maria omnia circum;
Exilioque domos alio ſub ſole iacentes,
Quærimus, heu profugi, atque Euæ miſeranda propago.
O ſola infandos hominum miſerata labores,
Haud ignara mali, miſeris ſuccurrere docta,
Quæ nos relliquias Adæ, terraque marique,
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo ſocias: miſeri te in vota vocamus:
Ad te Euæ ſoboles lacrymoſa hac valle laborum
Suſpirans, imoque trahens à pectore vocem,
Stat lacrymans, valido gemitu tua Numina poſcens.
Alma ergo Genitrix, qua non præſtantior vlla
Ore ciere Deum, ac ſummum exorare Parentem,
Huc geminas nunc flecte acies pietatis auitæ,
Clementiſque animi Genitricis lumina in iſtam
Chriſtiadum gentem conuerte, vt cernere Ieſum
Poſt miſerum hoc vitæ exilium, tellure repoſta,
Feliceſque vteri valeat decerpere fœtus.
O clemens, ô corde pia, ô dulcedine vincens
Suauia mella, decus, ſpecimen niueique pudoris,
Magna parens Superûm, noſtri haud meminiſſe graueris,
Quò tua gens magnum cæli ventura ſub axem,
Promiſſis Chriſti longum fruitura per æuum,
Geſtiat, æternas ſoluens pro munere grates.

Digitized by Google

QVEM TERRA, PONTVS, ÆTHERA, &c.

Qui mare, qui terras, qui cælum Numine complet,
Quique opus hoc triplex ingenti mole ſuperbum
Suſtinet, immenſæ valido molimine dextræ:
Quemque ſuis nequeunt ſpaciis comprendere cæli,
Hunc humiles habitare caſas, vterique latebras
Iuuit adoptatas Mariæ, clauſtrique pudoris
Intemerare fidem, caſtoſque ſacrare hymenæos.
Quique globum mundi, roſeis Aurora quadrigis
Dum manè exoritur, Phœbæa lampade luſtrat;
Veſpere at emenſo, cùm iam ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramque polumque,
Lucentem Lunam, radiantiaque aſtra miniſtrat.
Quo remees tacitæ per amica ſilentia noctis;
Menſibus ecce nouem, poſtquam ſpirabile Numen
Numine compleràt diuinæ viſcera matris,
Felici partu ſub luminis editus auras,
Mox infans vtero egrediens, mirantibus aſtris,
Virginea fragrante roſa pulcherrimus exit.
Felix ô nimiùm Genitrix, bis terque beata,
Quæ tanto Superûm doni cumularis honore,
Vt quem non tenuit regio vaſtiſſima Olympi,
Deligat arctari, ſacra vt ſe virgine condat.
Felix Aligeri vocis celebrata canore,
Qui fuit arcanos miſſus recludere fontes,
Læta Dei partu, dum Numine Numen obumbrat,
Delicias vtero efiundens, ſpemque vbere lactans,
Qua deſiderij ſatiantur vota parentum:
Das etenim Virgo, vt ſpes quod ſperarat haberet.
Laus tibi virgineæ ſatus es qui ſanguine Diuæ
Cum Patre cæleſti, ac diuina Numinis aura,
Tergeminoque vnique Deo laus, æqua poteſtas,
Sit par imperium, cui metas tempora poni
Poſſe negent, cùm ſint æterni præmia regni.
AMEN.

Digitized by Google

AVE MARIS STELLA, &c.

Salue ſiderium pelagi decus, æthera luſtrans,
Nata Patris ſummi, Genitrix ſimul alma parentis,
Virginei ſplendor floris, niueique pudoris
Æternum ſpecimen, quo non præſtantius vllum
Felices reſerans aditus bipatentis Olympi;
Dulce melos nunti , ſacro Gabrielis ab ore,
Digna referre polo. Sociali fœdere pacis
Progeniem hanc firma; ſimul Euæ ignobile nomen
Da generis veſtri radiorum luce coruſcet.
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſans,
Ne dubita ſoluiſſe reos, commiſſa fatentes:
Pectora cæca tui circumda ſolis amictu.
Quo te cumque locus miſerantem incommoda noſtra
Orbe tenet, quocumque ſolo pulcherrima regnas,
Semper honore meo, ſemper celebrabere votis;
Adſis ô tandem, & propiùs res aſpice noſtras.
Fas tibi mortales Cocyti arcere periclis,
Ne pigeat miſeris animi ſuccurrere rebus.
Munera multa tuis poſcens, ditabis egenos:
Dulcia materni faueant mihi Numinis ora,
Atque tuis faciles allabi vocibus aures
Obtineas ſupplex; mihi nec malè Numen amicum
Eſſe ſinas, remouens animis cæleſtibus iras.
Te Genitrice, memor ſit ſe de virgine natum,
Subſidioque datum vitæ mortalibus ægris.
O præſtans virgo, generis fiducia noſtri,
Inſigni decorata animum pietatis honore,
Nos omni ſcelerum polluta fæce ſolutos,
Egregio cultu mitis, cordiſque pudici,
Da, precor, ornari, duplicato Numinis æſtu.
Eia age, diua parens, noſtros, rogo, dirige greſſus,
Currere iter rectum fas ſit liquido æquore claſſem:
Ne patere, amiſſo fluitantem errare Magiſtro,
Matris at auxiliis interrita cærula verrat,

Opta-

Digitized by Google

Optato donec liceat conſiſtere portu,
Fas vbi ſit lætis pia Numinis ora tueri,
Et canere æternum dulci modulamine carmen.
Laus tibi virgineo ſatus es qui ſanguine, &c.

O gloriosa Domina, &c.

O decus ætherium, ſuperæ pars maxima gentis,
Lumine multiplici Titania ſidera vincens:
Conditor omnipotens, qui te ſub luminis auras
Edidit è nihilo, velut infans dulcia lambens,
Ecce tuo ſuaui in gremio quondam vbera ſuxit.
Quod tulit, infringens ſummi mandata Parentis,
Eua ſuo generi (cui accerſit Numinis iras)
Felici partu reddis mortalibus ægris.
Hinc fletu, & mœſtis latè loca queſtibus olim
Qui luctu implebant, læti nunc munere diuûm,
Haudquaquam ceſſant ter Io, ter dicere Pæan,
Sicque tuæ, virgo, ſoboli ſis ianua vitæ,
Cùm per te cælos, portis bipatentibus, intrent.
Tu molles aditus Regis, tu commoda letho
Tempora ſollicitas natis, ter maxima cura
Iſta tibi: hinc portæ titulo fas, inde feneſtræ
Nomine, ius tibi ſit, diuina ſorte, vocari.
Plaudite felices animæ, quibus iſta ſalutis
Ianua fauſta patet. Mihi da quoque celſa recludi
Atria Cælicolûm, potis es namque omnia nutu,
Ceu Patris æterni Geñitrix, cui ſumma poteſtas.
Laus tibi virgineo ſatus es qui ſanguine matris,
Cum Patre cæleſti, ac diuina Numinis aura,
Ter geminoque vnique Deo laus, æqua poteſtas,
Sit par imperium, cui metas tempora poni
Poſſe negent, cùm ſint æterni præmia regni.

AMEN.

Digitized by Google

AVE REGINA CÆLORVM, &c.

Salue celſa tenens cæleſtis ſceptra coronæ,
Cœtibus Aligerûm iam tot dominata per annos,
Ter ſancta ô radix ſalue, qua deſuper orbi
Aurea lux oritur, roſeis aduecta quadrigis,
Salue Chriſticolis, cælorum porta pateſcens:
Gaude virginei decus immortale pudoris,
Eximium formæ ſpecimen, radiantia vincens
Sidera, præ reliquis, multo ſplendore coruſcans,
Ter formoſa vale, tenſiſque ad Numina palmis,
Ne pigeat votis noſtram exorare ſalutem,
Dans precibus lætos ſupera nos ſede potiri.

Ad Beatam Virginem Dei genitricem pro felici exitu ex hac vita.

Virgo potens animos hominum lenire dolentes,
Solando ac dictis miſerorum auertere curas;
Per ſumma illa tuum quæ cepit gaudia pectus,
Quando tuam ſobolem rediuiuam ad ſidera rurſus
Ætherea, & ſuperas cæli veniſſe ſub auras,
Eſt tibi ſorte datum, deuicta morte, tueri;
Obſecro ne dubiis animi ſuccurrere rebus
Natorum renuas, Erebi quos cura remordet:
De bilance D. Michaelis.
Cernis vt ancipiti binas examine lances
Aliger æthereus ferat, & ſimulacra duarum
Hinc ſimul atque illinc animarum impoſta ferantur;
Diſſimili indicio, vt pateat diſcrimine iuſto,
Quam damnet ſcelus, & magno cum pondere ad Orcum
Deprimat, aut melior quam tollat ad æthera virtus.
Heu quibus Inferni non maximus ingruat horror,
Incertitudo ſalutis reddit nos in omni vita perplexos.
Incertis quò fata vocent; vbi ſiſtere detur?
Pro ſe quiſque ſuam, manifeſto crimine, cauſſam
Solus aget, Superûm atque hominum ſpectante corona:
Ipſe autem Aligerûm in medio, cæloque volantûm,
Rex.

Rex erit,& media ſtellarum luce,coruſca
Nube ſedens, hominum vitas & crimina diſcet.
Quas non hîc latebras,quæ non & operta recludet,
Qui dat inacceſſos animi penetrare receſſus?
Neſcius ah quoties falſa ſub imagine veri,
Spiramenta animæ lethali vulnere rupi?
An non ſæpè intus, qui nos fugit,abditus error,
Infandum ſuaſit cæli contra omina bellum,
Contra fata Deûm , peruerſo Numine poſci?
Fors data nequidquam diuinæ ſemina flammæ,
Abſtruſa in venis latuere,haud cordis in imo
Accenſi viguere ſinu,nilque æthere dignum,
Haudque ſui memores alios fecere merendo.
Ah quoties etiam Lethæi ad fluminis vndam,
Non bene ſecurum laticem,ac obliuia potans,
Arguar officij immemoris, quod iure piandum eſt!
Sicque Dei necdum antiquum ſaturata dolorem
Ira,graui faciet pœna commiſſa luamus.
Si pauidi tremuere metu (ſua voluere fata
Nam Sancti aſſuerunt) hos ſi circumſtetit horror,
Quos ſua pro meritis euexit ad æthera virtus;
Quid mirum eſt trepidare metu,quem crimina ſontē
Multa premunt? ferere miſer,frangêre procellâ,
Fæx ſcelerum, te triſte nefas,te triſte manebit
Supplicium,votiſque Deum venerabere ſeris,
Ni pietatis opem exoret pia Virgo roganti,
(Scilicet haud animo nequidquam exterrita mater,
Atque animæ ingenti luctantis mota periclo)
Huic nam parta quies,omniſque in limine portus,
Stella maris tumidum precibus cui temperat æquor:
Funere felici numquam ſpoliabitur inſons,
Cæleſti Mariæ protectus pectora voto.
Ergo age,diua Parens Chriſti ſanctiſſima,vates
Præſcia venturi (ſi non indebita poſco
Regna meis fatis) cùm poſſis omnia nutu,
Gloria cælicolûm,da me conſidere Olympo,
Fas vbi ſit Chriſto iungi, vultuque foueri,
Expleri mentem vt nequeam, ardeſcamque tuendo,

Ab occultis munda me Domine. Peccata ignorantiæ. Huic rei teſtimonio eſt Saulus. Quā pauci cum Apoſtolo dicere poſſunt: Gratia Dei in me vacua non fuit. 1 Corint c. 15. Peccata obliuionis.

Quā multis profuerit in hora mortis B. Virginis Mariæ auxilium.

Complexu ſobolis pendens, colloq́ue parentis;
Dum magnum veri implero Genitoris amorem:
Errantes ſimul adde viros, attritaq́ue corda,
Qui reuocare gradum, ſuperaſq́ue euadere ad auras
Ex animo cupiunt, diuûmq́ue inſiſtere plantis.
Multa Dei ante aras noſtra cadet hoſtia dextra,
Ritè ſuum pariter matri dicemus honorem,
Aligerûm admiſſi lituis, fidibuſq́ue ſonoris,
Certantes dulci modulamine vincere Nymphas,
Queis etiam cithara cogatur Thracius Orpheus
Cedere, cùm numeris ſeptem diſcrimina vocum
Obloquitur, digitiſue aut pectine pulſat eburno.

A M E N.

LAVDABILE NOMEN DOMINI

IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

APPROBATIO.

H*Aec Muſa Catholica, ſiue Catechiſmus Maronianus, carmine Maronis expreſſus, auctore R.P. Aegidio Bauario Iubileario, Societatis Ieſu Presbytero, eſt pius ac vtilis ad ſtudioſam iuuentutem erudiendam ac ſimul pietate vera imbuendam: digna ergo, vt in publicum prodeat. Quod cenſui 14. Octobr. anno 1621.*

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canonicus & Plebanus Antuerpienſis.

Digitized by Google

PRIVILEGIVM.

PHILIPPVS Dei gratia Hiſpaniarum, &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps, &c. diplomate ſuo ſanxit, nequis *Muſam Catholicam Maronis, ſiue Catechiſmum carmine Maroniano expreſſum à R. P. Ægidio Bauario, Societatis Ieſu ſacerdote, Iubileario*, præter Martini Nutij & fratrum, Typographorum Antuerpienſium, voluntatem in Belgio intra ſexennium imprimat, aut alibi locorum impreſſam in Inferioris Germaniæ ditiones importet venalemue exponat: Qui ſecùs ſaxit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna pecuniaria multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ 3. Octobris, anno 1621.

Signatum

Steenhuyſe.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

20
BIBL
VITTU